


Roberti Gaguini

de arte metrificandi libelli, omnibus ad poeticam anhelantibus tam iucundi quam omnifariam fructiferi.

Udal. Carinthi pro arte carminum
Hexastichon.

Optans Aonij sumpsisse cacumina montis,
Thespiadumque sibi conciliasse choros.
Optans Pieridũ coetus, siue Enthea plectra:
Siue quod in Cithara flauus Apollo canit.
Optans Daphneis prȩcingere tempora sertis:
Vel uiridi Lauro, hic perlegat istud opus.

.G. .S.

Qui cupis interpres vatum genialis haberi
Atque supercilio condere digna graui
Proxima qui Phoebo conari uersibus optas
Hijsce rudimentis perdidicisse potes.

Symon Recomadoris Angeriacus Ludoici Xanto-
nensis episcopi secretarius suo p̄ceptori. & magistro
Roberto Gaguino ordinis sacte trinitatis. & captiuoꝝ
generali. ¶S.P.D.

Quos de arte metrica in lucem libellos emisisti
illustris Gaguine. sic cupida poematũ iuuẽtus
prendidit. ut q̄ vno mille annoꝝ obuolutũ la-
tibulo thesauꝝ repererit. hos ꝓcul falso. & beatissi͠os
& apud sese p̄ciosissimos habeat. Quoniam ita hercle
per huiusce artis riuulos decurristi. ut nihil quippiam
non modo tam latebrosum archanũq; fuerit quin tu
Lutecio palam. sed & quotquot lapillos scrupulosue
pepererit. exploratos strictiq; numeratos scientissime
tradideris. Anceps hanccine graui ac multa sententia
refertam editiōem. cũ comptam & nitidam tum diuo
ĩgenij acumīe elaboratã. haud ĩamœnissimis eloquē-
tię flosculis perpulchre expolitã effecisti. Rem ꝑfecto
audentes iuuenũ animos potentissime instructurum.
Tandē q̄d plurimo ac sublimi ingenio factũ negauerit
nullus. cōplusculas huiusce disciplinę priscoꝝ authoꝝ
sentẽtias. has rudem & incultũ omnē nec vlla leuitate
sermonē iacientes. illas assidua inter se certatione dissi
dẽtes. quasdã inextricabiles. haud enodatas. nōnullas
vero q̄d non vnicus ipse arbitror frigidissimas. mancũ
quiddã parturiẽtes. familiaritate. certũ habeo. ducẽte
numīe. studiosius accuratiusq; accumulans. et conci-
nitate & suauitate & consonantia & claritate & laude
plurima tuis ipsis libellis sane cũ utilissimas. tũ clarissi-
mas. ꝑegregie describere duxisti vtilissimũ. At quod
multo delectabilius iudicarim. et caste & rect enume-
randi modũ omnē examussim perdocteq; designans.
vna et ludibũdas quasq; camœnę veneres iucũdissime
es ãplexus. Quibus pro rebus cũ fœlicissima iuuẽtus.
cui nō modico es adiumento. tũ firmi ac grauis iudicij
multorũ annorũ ętas decreuere. ut nec modo poetica

dignitate. sed eloquentię magnitudine superstis clarissimus. Ego uero tete quem & cōsultissimū pręceptorē semper adiui. & peritissimum mihi magistrum selegi. cumulatis honoribus pariter magnipendā. Atq facūdię tuę fulmina. inter illustres oratores ueluti ꝑtonātia faciam haud mediocriter admirari. Vale.

Ad Karolum de Andegauia Cenomanię comitem. Roberti Gaguini Monasterij diui Maturini Parisiensis ministri. in libros de arte metrificandi.

Prefatio.

q Vę de conficiendis uersibus inter domesticas sollicitudines ipse conscripsi. ea pręclarissime princeps inuitus feci cōmunia. Nam sollicitì hominis. & īter familares angustias obluctātis. de litteris aliqd accuratius cogitare. officium esse non potest. Et metri quidem ratio ab ijs qui uideri docti uolūt. ad inanem quandam disciplinam tam pertinere indicatur. quam si christianę religionis. et bene instituendę uitę esset inimica. Musas enī. & dulcia poemata. ex quibus uersificandi industriā prodiisse sibi persuaserunt. nō aliter ac pestem aliquam execrantur. existimantq carmina inuenta q̄dam esse tantum lasciuientiū authorum. qui iampridem explosam illam deorū turbam falsis cerimonijs coluere. Quamobrem si ipse aduersus huiusce hominū opinionibus improbatā disciplinā. mea scriptione attigissem. fecisse me petulāter aliquādo ꝑtimui. Sed cū diuinos homines. & eos maxime quos nostra fides priores habet. poetici studij non ignaros. quinīmo fuisse scientissimos cognoscerem (Nam legislator & idem propheta moyses nōnulla carmine cōscripsit. Et litteratissimus fidei doctor Paulus. dictis poeticis suas epistolas refertiuit. Hieronymus itē. atq Augustinus summę sapientię professores. suaue sonantibus metris. suos interdum libros ornauerūt) Hos inquam

dei homines cum mihi prępone rem. pręclarum in his artibus quiddã. q̃d iure expeti deberet inesse putaui. Quo fit ut de metrica dictione hunc ipse libellũ (quãq̃ domesticis curis plurimum impeditus) aggressus sum conscribere. eo pręsertim tempore. cũ pauci admodũ nostrę ętatis homines per gallias nauarent operã carminibus. Nam metri consumata ratio. nisi summo ocio (cuius expertes magnã vitę suę partem cõplures esse scimus) comparari potuit nunq̃. Idipsum enĩ est. quod ad deoꝝ laudes. et heroum clarissima facinora primũ. deinde ad erudiẽdam plebem in compitis. & theatris ad reꝑhensionẽ improborũ adhibitũ fuisse authores tradunt. Quo genere usi sunt uetustissimi omniũ atq̃ idem philosophi. quibus omnia fere uersibus canere idest eloquimos fuit. Cantores enĩ ab Homero elocutores appellatos esse Strabo geographus author est. Ad quem modũ apud gręcos Empedoclem. apud latinos Varronem & Lucreciũ. non obscuros authores (Ciceronẽ addo) multa scripsisse Quĩtiliãus asseuerat. Intellexere siquidem litteratissimi homines. quęcũq̃ mętro scripta decore essent. ea cum iucunda et breuia. tũ memoratu facilia magis esse. Proinde rem quã non ignobilem diuini authores putauere. quę rebus fortiť gestis ęternum splendorem affert. quę diuinos ritus exornat. humanos mulcet affectus. quę domi forisq̃ suis est oblectamento cultoribus. tuo nomini dicatam esse uolumus. Tu certę ex Francis prĩcipibus vnus es. qui cum litteras ames. tibi ꝓfecto sacer musaꝝ chorus (quod de Lino Virgilius cõmemorat) debeat reuerẽter assurgere. Nempe quod doctrinę semper iuigilas. quod sapientis homines foues & extollis. ad sectanda studia litterarũ exuscitasti plurimos. Quibus (si modo breue hoc nostrum opusculum tua lectione dignum ęstimabis) incitamento quoq̃ fueris per multis ad eã disciplinam cognoscendam. cuius ignoratõne. ꝓclaris

3

Francorũ rebus obſcuritas forſitan acceſſit. Itaq; hoc noſtro labore q̃d dignitatis illuſtriores poete habeant iucunde cognoſcetur. Ad multiformes quoq; uerſus pure eleganter & concinne componendos uia magis ac magis erit planatior. Qua ſemel eũtes ſublimi ingenio iuuenes. eos ſponte ſua uates imitabũtur. quos & ſuę & peregrinę gentis hiſtorias. ultra geſtorum fidem diuinis carminibus celebriores reddidiſſe uehemẽter admiramur. Sed iam ne huiuſmodi ſtudiorũ conſideratio nos longius ſuis comodis alliciat. inſtitutũ aperiemus. Cuius in partes tris diſtributõ a nobis poſita eſt. De metri itaq; nomine atq; diffinitione. deq; litteris & ſyllabis. primariis ipſius metri partibus. de ſyllabarũ natura iniciũ erit. Pedes deinde quibus uelut plauſtrũ rotis carmen promouetur. eorumq; originem et conſtantiã. quidq; in uerſu preter rectas artis pręceptiões liceat percurremus. Poſtremo carminum genera quę in uulgatioribus latinis authoribus lecta ſunt. cũ eorũ exemplis ſtudioſius ſubiungemus.

Latina dictio duobus omnino generibus absoluitur. prosa & carmine. Illa numeris laxa. fluit liberior. hoc certis pedibus ad definitũ ordinẽ constans uolubili gressu procedit. Priorem sapientissimos quosq; decere nemo litteratus ignorat. Poetis altera q̃dãmõ peculiaris relicta est. Siue quod ipsi numero delectati. certis habenis distineri. q̃ ab eo quod primũ dicendi genus inter sapientes fuisset. discedere malluerint. Siue q̃d alius (ut in reliquis artibus oĩbus videmus) aliud est oratõnis studiũ secutus. tãq; cuiuis ingenio esset a natura distincta facultas quędam. Nec artes omnes. nec dicẽdi genera ad singulos peruenire potuissent. Id autẽ genus quod poeticum esse uolũt alij carmen. alij metrũ. quidam uersum. nõnulli numeros appellant. Carmen non a Carmẽte. ut scripsit Cremonẽsis originẽ ducit. Quippe cuius usus longo ante fatidicam mulierẽ pręcesserit. Sed ideo carmen uocat̃ quod cantibus sit aptum. Metrum. sed id gręce. quia certis mensuris dimensum est. Nam metros gręca dictione mensuram significare dicunt. Versum. quia artificiosis quibusdam flexibus uertitur facile. et lenit̃ euoluitur. Numeros. quod ratiõabiliter in numerũ pedes sunt congesti. unde Virg. in buc. Numeros memini si uerba tenerem. Et Philelfus ad Pium secundũ Pont. max. Si tibi pro numeris numeros fortuna dedisset. Non esset capiti tanta corona tuo. Idest si pro carminibus fortuna tibi carmina rependisset. Est autem uersus/siue carmen/siue metrum/siue numeros appelles. certis numeris pedibus/temporibusq; artificiose obligata. et ut cum aurium atq; animi oblectatõe cani possit ordinata uerborum successio. Cuius ut singulas partes annotemus. elementorum syllabarumq; & dictionum ratio habenda est. Aliter enim nisi harũ

rerum cognita natura/ad carminis elegantiam perue-
niet nemo.

De Numero litterarum.

Litteras quibus ad omnem latinam orationem utimur Nicostrata Carmentis Euandri mater inuenit. Numero quidem sexdecim. A. b. c. d. e. g. l. i. m. n. o. p. r. s. t. u. postea uero reliquę ad. xxi. ex græcis ascitę sunt. f. k. y. x. &. z. Q. uero posteriores latini quęsiuere. Alię sunt pręterea litterę sed duplices quas ad græcanicas tantũ dictiones orthographi idest recte scriptores accomodant. ph. th. &. ch. Quarum omnium quãdoquidem figurę uulgatiores habẽtur. De nominibus & potestate eorũ bręuiter aliquid dicã. Ordo uero ad rem quam scribimus nihil opus est.

De Nominibus litterarum.

Litterarum quędam uocales sunt. quędam semi uocales. Alię mutę. alię liquidę nominantur. Pręter uocales quinq;. A. e. i. o. u. reliquę sunt consonantes omnes. propterea quod nisi cum aliis litteris idest uocalibus iunctę. uocem non reddunt. Vocalibus suus est per se sonus. quamobrem a uoce quã seipsis efficiunt id nomen acceperunt. Inter quas. a. & o. robustiore sono efferuntur. Reliquę exilius tinniũt A. quidẽ &. o. facile nunc corripi nunc produci queũt E. & i. rarius. V. in mediis syllabis anceps & uaria. in postremis nũq; corripitur. ¶I. &. u. cum sint uocales uocalibus tamen appositę sua aliquando dignitate relicta consonantes fiunt. ut Ianus. ieiunium. iocus. Iuno uapor. Venus. uita. uotum. uulnus. ¶Est interdum etiam. u. nullius potestatis. cum post. q. aut. g. uocali sibi subeunte interponitur. ut quater. quinquennium. (quotus. quum. lingua. linguosus.

Post.s.quoq; e.uel.a.subseqnēte.u.interdū euanescit. quod per simphonesim & per synalipham fieri existimant.ut suetus.suadeo. ¶I. antē cum in prima.tum in media syllaba uocali preiuncta.unius consonantis potestatem habet.ut Iuppiter. interposita uero.uim conduplicat. ut maiestas. aio. aiunt. Quod uerum est in primarijs dictionibus. Nam in deriuatis aliter est. ut biiugus quadriiugus.quorum prima syllaba(si sequēs i duplici esset) potestate breuiari minime posset.Virg. in decimo.Tum Pallas biiugis fugientē Rœthea pter. Traijcit.Idē in eodē.Quadriiuges in equos aduersaq; pectora tendit. ¶V. item sibimet anteponitur.et fit cōsonans.ut uultur.uulgus.uulnus.

De Semiuocalibus.

SEmiuocales idcirco appellamus.l.m.n.r.s. q̄d a uocalibus oriuntur. et in seipsas exeunt. habentq; uim quādam uocalium. ¶Itaq;.l.si finit syllabam plenum habet sonum. ut in his dictionibus liquet.animal.fel.sol. Si in eadem dictione geminatur. exilem.ut illido. Mediocrem cū primo loco ponitur. ut liuor.lego. ¶M.dictioni postrema.affert surditatē ut tēplum plumbum. Si preibit.erit sonātior.ut Mauors.murmur. ¶N.purgatiore est sono in fine uocabuli.ut nomen.numen.& quocūq; loco eam statues non erit inconcinna. ¶R. crassa est.que si frequenter intercurret. non leniter adaurescit.Precessione tamen mutarum.pro more subsequētium uocaliū horridior erit aut mitior.ut atramentum.prelum.prior.probrū. trutina.quas dictiones aliam alia rautiorē.aut liquidiorem sonū reddere.docta auris percipit facile. Sepius geminata.r.canina est. ¶S.non iniuria tortam atq; inflexam figuram accepit. serpentinum enim sonum reddit.Nam sine sibilo que serpentuū uox est nō profertur.quare non crebro adhibebitur.

Mutę sunt quę alterius litterę & quidem uocalis terminantur exitu Et cum latinũ aliquod forte vocabulum finiunt obscurę sunt.ut.b.c.d.f.g.k.p.q.t. Harum enim singulę.f.excepta.in.e.finiuntur. Quã obrem antiquiores grammatici .f. semiuocalem esse uoluerunt quos nõ sequit̃ Priscianus.cum in .f. latina nulla dictio terminetur. ¶B.cum.p.et.ph.affinitatem habet.atq; inter illas medium quendã sonũ facit. aliqd que aspirationis cum pronũciatur habet. ¶C.tenuis admodum est et lenis.Ideo cum.g.vicinitatem habẽs. pro ea sæpe ponitur.& item.g.pro.c.ut Ligurgus pro Licurgus.gurgulio pro curculio.Gaius pro Gaius. D.aspirationẽ oĩo respuit.ideo media uidetur inter.t. simplex.& .th. Enimuero ab eo quod est theos deus dicimus. Ad finem etiã dictionis posita. a sono.t.per parũ differt.ut ad.apud. ¶F.a quibusdam digãma appellatur.fuitq; ab Eolibus ut scribit Tortelius ad nos deriuata.& in locum.ph.reposita. ꝓximũ tamen sonũ habet cum.u.consonante.Nam fulgus pro uulgus.& serfus ꝓ seruus antiquos dixisse testat̃ Priscianus.quã pronũciationem Germanos etiã quosdã ętate nostra habere uidimus. G.tenuissimo est sono.& cum.c. exili.cũq;.ch.aspirato communicat. Aragne enim pro Arachne & Gnosia & Chnosia proferunt complures. ¶K.&.q.frustra oĩo latini habent Nam eandem uim prorsus cum.c.obtinere authores scribunt. Quanq; nõnulli sunt qui Kartago & Karolus cũ.k.scribi uolũt Sed hoc ad carminis rationem nihil interest.in qua re mollitudinẽ uel asperitatem vocis & toni spectamus. Q.tamẽ pinguiorem sonũ quam .c. reddere multis placet.Ideoq; latios eã inuenisse cõmemorant.uolũtq; quum si tempus signat cũ .q. scribi debere. P.cum in dictionibus grecis scribit̃.ut.laphitę.phœbus.pressius sonat. ¶H.diminuendi augendi ue flatus causa suscipi solet.Neq; tam littera quam aspirationis nota a

grāmaticis esse perhibetur. Ad litterā eni uel syllabā celerius aut tardius pmouēdā, nihil potestatis h abet. versidici ppterea authores parui illam faciūt X. quę ex grecis littera est. semiuocalis dici non irrationabilit potest, nam a uocali incipit, desinitq in sonū suū. Dicimus eni, ix, estq dnplex, potestatē habens geminatę. s pro, cs, atq, gs, positā fuisse Plinius affirmat, ut gregs pro grex. & apecs pro apex. Hac ut Quintilianus ait tam carere potuimus, q si non quęsissemus. Y. quā Pytagoras fertur inuenisse, loco. i. uocalis prorsus habetur. Sed accomodat solis dictionibus gręcis. Inuenitur q ad productionem. & breuiationē anceps ut in his uocabulis Cypressus, Syria. Z, a grecis mutuati nobis sumus, quę aliqn simplicis, aliquando duplicate potestatem habet, ut gaza, matrizo, zethus. Neq cū ijs sentio, qui eam anseris sibilo pronūciant. Semp eni crasse & robuste sonat.

De Liquidis.

Liquidas uocant. l. m. n. r. s. Quibus uis est si eas muta puenit, antecedentem uocalem ancipitē reddere. hoc est uel corripere uel morari. Corripere dico, si uocalis sua natura breuis est, ut uerbi causa, pater cuius prima syllaba recto casu corripitur. Persius. Magne pater diuū. &c. in obliquis cū liquidam accipit anceps est. Ouidius de fastis longam fecit Februa Romani dixere piacula patres. Et item in heroidibus uno uersu, uariam esse demonstrat. Iam patrem famulosq patris, lucemq timebam. Alioqui si pducta est uocalis eam mutare non licebit. Q uero. n. & s. muta sibi cōiuncta uocalē faciant cōem, non satis placet Alexandro, qui neutrā liquescere scripsit. uerū alit Priscianus sentit, atq Tortelius, quod uerum esse ex authoribus videri solet. Ouidius in. x. de transformatis. Piscosāq Gnidon, grauidamq Amathunta metallis. Hic eni nō fit longa q coniunctio, q̄uis consonantes due. g. & n.

subsequātur. Nec. a. añ. sc. in hoc uersu Oratij ꝓducit. Linquemus insani ridentes premia scribę. quod esse propter mutam et liquidam constat.

Quare singulę litterę cōsiderandę sint.

h Ec de litteris. quę ad carminis rationē pertinēt paucis admodū cōmemorauimus. attētissime cōsiderāda erūt. ut cuiusqꝫ literę uis et potestas non ignoretur. Nam ut in corporibus elementa. ita in syllabis & dictionibus litterę oio sunt primę. quę ut fuerint intersertę. ita sonorę aut absonę erunt. Atqui in fidibus queadmodū alia alij intercurrens harmoniā temperat. ita ītertextura litterarū. & syllabaꝝ cōcursu dictionū quoqꝫ īterpositiōe & situ. accedit carminibus sonoritas. ad quā omīs uersuū cura est accōmodanda. propterea non parū proderit nosse. q̄cumqꝫ de his ab illustribus grāmaticis pręcepta tradūt. quanqꝫ iudicio eruditarū auriū plura de his sentiri q̄ꝫ aliqua ꝑceptiōe denotari possunt. Quisqꝫ enim optime doctus. et consuetudine bonoꝝ authorū delinitus. q̄ littera sonorius quę absurdius. quę crassius aut exilius sonet. facile iudicabit.

De Syllabis.

De syllab.

n Unc de syllabis dicemus. quod uocabulum ex gręcis ad nos traductū cōprehēsionē significat. Unica tamē littera interdum syllabam facit. interdum dictionem. ut singulę fere uocales. a. e. i. o. ¶ Syllabam propterea dicimus esse. unam uel plures cōsertas sub vna uoce atqꝫ accentu litteras. quę indiuiduo spiritu absqꝫ interscissiōe uocaliter enūciari possunt. Igitur syllabas omīs cōsiderare oportet quo accētu. graui ne an acuto. seu circūflexo proferātur. quo item spiritu aspero an leni. His enī rebus (accentu dico & spiritu) facilius sonoritatē percipiemus. ut uerbi causa. Cum iucundū quid canit Virgilius. dactilis frequētioribus

utitur quod illi uolubiliores sint. ut in bucc. Phillida mitte mihi meus est natalis Iola. Cum faciam uitulam pro frugibus ipse uenito. Quo item temporis et fluxu & spacio syllaba effertur considerare non omittemus. quotque constet elementis. Nam si plus quã litteras tres syllaba comprehendet. aut plus uno tempore efferet. ea semper erit producta. Vltra uero litteras sex nunque complectitur. ut stirps. Que omnia non ignorare ad metri atque orationis cõmoditatem cõducent. parui enĩ aut multi temporis syllaba carmen promouet. aut moratur. propterea syllabarum quantitatem cognoscere per necessarium est. quod nunc aperiemus.

De quantitate syllabarum in generali.

Syllaba omĩs aut breuis est aut lõga. aut anceps siue communis. Breues alias natura facit. alias consuetudo. Naturã hoc loco esse arbitramur aptitudinem quãdam syllabe. ut correpte uel ꝑducte dicat̃. Nam que breues aut longe natura sunt. ea forma manent apud omnes authores. ut amor. uanus. Latina autem consuetudine. uocalis ante uocalem ab altera syllabatim discreta breuis est. ut meus. Sed fio. & que ex eo dissyllaba sunt. contra. atque dictiões grece in quibus precedẽs uocal' producta sepius inuenitur. vt Eolia. Ioniũ. Thalia. In nominibus item possessiuis per grecam deriuatiõem. ut typhoeus. Rethœus. Lerneus. Pegaseus. dicteus. thebeus. Troia. trissyllabum. Dius. dia. aer item. producuntur. Aio uerbum est bissyllabum in quo i semper est cõsonans. nisi in secũda & tertia persona presentis temporis numero singulari vt ais ait. Ora. in primo sermonum. Certe nescio quid secreto ul' loqui te. Aiebas mecũ. Idẽin eodẽ fœlicem aiebas tacitus. O quidem aduerbiũ quãdo antepõit̃ dictionibus uocatiuis a vocali incipiẽtibus. breuis est. Virg. in buc. Te Corydon o Alexi. Alioqui ꝑducitur.

Ora.in.i.car.O & presidiũ dulce decus meum. Virgi ini..Aenei O pater o hominum rex.diuũq; eterna potestas.Et.O.utinam. ¶Compertum quoq; habemus in plerisq; dictõibus latinis priorẽ uocalem neq; separari neq; breuem esse. Sed uel abijci uel cũ altera coire. & sub uno quasi accentu proferri.ut dij dijs.ij.ijs.deinde deinceps.proinde.dehinc.deest.deerit.deerant.cui. huic.suauis.suesco.suetus.suadeo. ¶In interiectionibus etiã uocalis ante uocalem separatim atq; ꝓducte enũciari scimus.Virg.vij.Aenei.Ehohe Bacche sonãs. ¶In genitiuis quoq; nominũ/ius habentiũ/i. est anceps ut nullius.unius.Sed alius semper ꝓducitur.Alterius uero semper corripit̃.Natura est ea quam sup̃diximus

Positio est cum uocali subsunt duę cõsonãtes/uel una quę uim habeat geminę consonãtis ut mons. pons.gaza.duxi.traxi.Igitur syllaba posterioris uerbi si a consonante incipiet & p̃cedens in cõsonantem terminabitur.hęc ipsa per positionẽ producta erit.ut si ad dominus/sequatur uenit. nus quę breuis est propter sequentem.u.consonantem producetur. ¶Duę tamẽ consonãtes ad caput dictionis positę.uocalem quę precedentem terminat dictionem raro producent. Virgi. in geor.Caua flumina crescũt.& sequit̃.Feruetq; fretis spumãtibus ęquor.In primo quidẽ exẽplo.ua. breuis syllaba propter.f.&.l. sequentes consonantes.Nec in secundo q; coniũctio correpta propt̃.f.&.r. ꝓducitur. Apud Iuuenalẽ tamen breuem syllabam productã nõ ĩdissimili loco reperies.Et acre malũ sępe stillãtis ocelli.propter st.enim ultimã syllabã aduerbij sępe ꝓduxit Item in satira Stemata quid prosunt. Occulta spolia & plures de pace triũphos.A.ꝓpter sp. suppositas cõsonantes producitur.Que itẽ breuis coniũctio apd' Vir. vij.enei.ꝓpt̃ duplices posteriores cõsonantes longata est.Spiculaq; clipeiq; ereptaq; rostra carinis.Itẽ in.xij. Ensemq; clipeumq; & rubrę cornua cristę.

d Iphthongus omnis longa est. Nã diphthõgus syllaba est ex integris uocalibus concreta. ut ae.oe.au.& eu.quę nusquam breues habẽtur. nisi ad eas sequat̃ uocalis. quo in casu licebit eas corripere.ut insule Ionio ĩ magno Virg.in.vii. Stipitibus duris agit̃ sudib9 usue pręustis. Quare qui diphthõgos de scriptura auferunt.ab recta scriptiõe deuiant. Nam quacũq3 dictionis parte diphthongus erit. cũ ꝓducte tum robuste efferri debebit.

De syllabis ancipitibus.

c Ommunes syllabas intelligi9.quas correptas modo.modo productas pronũciare poterimus Primũ quidẽ anceps est syllaba. cuius uocalem muta & liquida in eadem dictione sequũtur.ut. agri. uafre. tenebrę. Cuius exẽplum supra positum est. ¶Reddit̃ item indifferens syllaba cum pręcedens dictio exit in consonantem et sequens aspirationẽ habet capitalem Cuius ꝑceptionis exẽplum hoc cõmune ex.ix.Aenei. Virg.affertur. Terga fatigamus hasta. Sępius tamen cõtra inuenies. Sta.in.v. Mos datus heu segnes potuit ne ultricia Graijs uirginibus. Ibi enĩ tus ante heu positum est breue. Producit̃ uero in hoc uersu. Mors fera per hominem totum sibi subdidit orbem. ¶Fit etiam anceps syllaba cum.s.alicui consonę ꝑposita uocalem supra se excipit.ut apud Virg.in.v. hortat̃ Mnesteus. Scio tamen quosdam dicere.e.aliquando interponi a poetis ut dicant Menestus. Adducit ad hoc ex Fortunato exẽplũ Beda. Ordinibus uarijs alba smaragdus inest. Et item ex Sedulio Adueniat regnum iam iamq3 scilicet illud. Sunt tamen qui uolunt.s. capitalẽ abijci sicut in hoc Lucani uersu. Terga sedẽt crebro maculis distincta smaragdo.in hoc ultimo uocabulo dicunt.s. in scandendo remoueri. ¶Varię sunt etiam atq3 indifferentes complures syllabę pro uariorum authorum

usu. ut apud Virg. primo Aenei. Connubiũ. cuius uocabuli secũda syllaba correpta est hoc metro. Cõnubio iũgam stabili ꝓpriamq; dicabo. Est longa apud eundẽ in. iij. Pirrhin cõnubia seruas. Item rudentes. Virg. in georg. Quo minus obtruncãt ferro grauitq; rudẽtes. eandẽ dictionẽ in suo fonte Persius ꝑduxit. Pecuaria rudere dicas. Sed nos longe nimis progrederemur si cunctas ancipites syllabas nostro ingeremus instituto Quocirca ut lectũ fuerit apud idoneos authores. ita et dicere & scribere suaserim.

Alia de quantitate syllabarum preceptio.

Sed ut certiore q̃dã uia ad cognitionẽ syllabicę quantitatis ꝓgrediendo pertingamus. quãta sit unaquęq; uocalis principio medio & fine dictionis posita. pro earum ordine breuissime scribemus. Si tamen pauca quę ad cõem hanc p̃ceptionem conducũt prius memorauerimus. ¶ Syllaba omis aut se sola aut cũ alia iũcta profertur. Si sola. longa erit ut iam diximus. Vel diphthongo ut aut. præ. hei. haud. heu. Vel consonarũ cõcursu quod positionẽ appellamus. ut ast. est. stirps. Aut. natura ut sto. a. e. de. se. con dis. non. Aut sincopa ut ah. uah audit fumat pro audijt fumauit. ¶ Est quoq; syllaba natura breuis ut nec. Vel aut propter mutã et liquidã sequẽtem ut bilibris. Si uero cũ alia syllabã ꝓnũciamus. ex primarijs dictionibus quantitas secundarum repetenda erit. Nam deriuatę uoces sequũtur fere semper leges primarum ex quibus nascũtur. Itaq; quãta erit uocalis in secũda ꝑsona p̃sentis indicatiui numero singulari. tanta perdurabit in tẽporibus quę inde recte formabũt. Primę enĩ secũdę et quartę cõiugationis uerba in huiusmodi scd'a ꝑsona uocalẽ longã habẽt. Tertia uero ediuerso breuẽ. Ab amas enĩ doces et audis dicimus amamus amatis amabãt amaui amaueram. amabo ama amato. amatote amarem amare.

Docemus docetis docebã. docebo, docebimus docebitis, doce, doceto. docetote. docerẽ. docere. Audiuimus auditis, audiui. in quibus media semper producit. & hunc in modum cętera. Vno dũtaxat excepto idest do. quod ubiqꝫ. a. breuem habet. nisi in his compositis aeddamus reddamus. dedamus. Breuiatur autem in reliquis. ¶ In tertia cõiugatione eadem fere tempora breuiabimus. ut a legis dicimus, legitis legimus. ubi secunda syllaba breuis est. in p̃terito uero pfecto indicatiui modi, quia uocalis cõmutat̃ producte, pferimus vt legebam legebamus. Quod item uerum erit in passiuis. ut amaris amare. doceris docere. audiris audire. Notandũ p̃terea est. quãqꝫ uocalem eandem esse per omnẽ verborũ flexũ qualis inicio crementi fuerit. hoc est cum superare uerbum suũ primariũ occipit. ut ama amatote. Ex pręterito item perfecto cętera tempora inde nascẽtia ęstimare poterimus. Nã ipsius & formã & quãtitatẽ obseruãt. Quę enĩ in ui syllabam. si. psi. xi. gi. pi. ni. mi. & di. p̃teritũ mittũt. ea omnia longã habẽt proxime p̃cedentem syllabam. ut amaui. fleui. petiui audiui. risi. repsi. cepi. ueni. emi. dixi. legi. uidi. prouidi ¶ Sed bibi. dedi. dedidi. reddidi. steti. fidi. scidi. tuli. peperi. didici. pepuli. tetegi. cecidi. a cado ortum. pepigi. pupugi. et quę hinc deriuantur breuia sunt. ¶ Ex his quoqꝫ supina atqꝫ participia nascentia eam ipsam legẽ tenent. Nam si a longis. longa. sin contra. breuia erunt Pręter ea quę ab insequentibus uerbis oriũtur. queo cieo. sino. sero. lino. eo. do. ruo. reor.. sto. agnosco. cognosco. Quorũ ptm̃ et si parti in ui exit. supina tamẽ & quę inde prodeũt participia (p̃ter staturus et ambitus) breuiantur. ¶ Tertia quidem persona eiusdem p̃teriti perfecti numero plurali semp habet penultimã syllabã. vt amauere amauerũt audiuere runt. In eodem uero p̃terito imus semper correptũ legi. sed in sum & uolo semper imus producitur. ut uelimus simus. in quibus

duobus uerbis eorumq̃ cõpositis u breuem.i autem productam sępius inuenimus. Dicimus enĩ sitis uelitis assitis nolitis prima i producta. Assumus nolumus. secunda syllaba correpta. ¶ Sunt item tria pręterita dissyllaba. quę propter.p.& t.geminatum ꝑducuntur Reppere. rettuli. reppuli. quibus non est eadem forma in supino. quoniam in eo nec.p.nec.t.geminatur.

De.I.in compositis dictionibus.

e Rit item animaduertendũ. in dictionibus compositis i litterã quę media dictione interuenit correptam esse (tibicen ibidem & ubiq̃ exceptis) ut omnipotens lanificiũ tubicen. Di uero in cõpositis producitur. ut diligo. digero. dirigo. Disertum tamen & dirimo & gręce dictõnes quędam breuiãtur. Orati. Fecũdi calices quem non fecere disertum. Oui. in prio Metha. Hanc deus & melior litem natura diremit ¶ Bi autẽ corripitur Galterus de gestis Alexãdri. in primo Seruos contemne bilingues. Virgili. in.x. Considunt tectis bipatentibus. Sed de compositis atq̃ deriuatis dictionibus hoc aniãduertendum est. quasdam prę se ferre suam originem. Alias uero immutatis seu cõcisis elementis. occultius & per latebras e suo fonte deriuari. Et priores quidam fere semper similes esse suis inicijs. posteriores sępenumero dissimiles. Priamides enim nonaria iocundus relicta sua origine primas syllabas producũt. fit nanq̃ priamides a priamo. a nouus nonaria. iocundus ex ioco. ¶ E diuerso uero aruspex. arista. nato natas. deiero peiero. ofella. humus. innuba pronuba. dicax. fatidicus. ueridicus. & similis nascẽtię nomina breuiantur. licet ex longis tracta sint. Earum enim primaria sunt. Ara. areo. no. iuro. offa. humo. nubo. dico. quę longas habent anteriores syllabas. Item uoco. lego. rego. sedeo. uireo suas deriuationes non sequuntur. Vox enim lex. rex. sedes. & uis ex

quibus nominibus illa gignũtur longa sunt. Nolim tamen quisq̃ mihi succenseat quod ex noibus uerba primiciari scribam. hoc longe ante nos uoluit Varro qui in libro de lingua latina non a medicando & suendo sed a medicina et sutrina medicũ et sutorẽ deriuauit Et recte sane. Nam ex substãtia (id quod nomen significat) fluxum & actionẽ uerborũ accidentia proficisci negauerit nemo. ¶ Conuicium autẽ non a uicio ut deduxit Cremonẽsis sed a uoce ꝑtrahit. Est eni cõuiciũ q̃si cõuociũ cũ inter quospiam collata uoce cõtenditur ¶ Sed neq; ouo quod est exultantis gestus & minus est quã triũpho: oiiũ format ut idem Cremonẽsis scripsit. ¶ Opportunus autẽ quod ab oportet ductum uolunt multi. propter geminũ. p. primã producit. ¶ Sed alia multa supsunt quoꝝ quãtitas a primitiuis suis diuersa est. quoꝝ meminisse longũ esset. Quare illis postpositis de quibusdã ꝓpositiõibus tantũ dicemus. que diuerso plerũq; prolatu nũciari solent. Nam ex pro compositę dictiones si a procul oriri uidebũtur. corripient primã Cuiusmodi sunt prouectus. pronepos. profugus. procella. proteruus. propheta. prophanũ. profundũ. profatus. profusus. profiteor. proficiscor. ꝑfecto. ꝑcurro probatus prouectus. Hoc tamen ultimũ Silius in q̃nto produxit. Hinc profectus equo postq̃ int̃ prelia notã. Accepit uocem &c̃. ¶ Sin nihil ad procul pertinebunt a capite ꝑducuntur. ut proficio. prodeo. proluo. protero. protenus. ¶ Ab. autẽ. ob. de. in. pro. re. & sub. cũ uerbo iacio cõpositę. siue uerbũ ipm trissyllabũ erit ut abicit. obicit. adicit. deicit. inicit proicit. reicit. subicit. Siue quadrissyllabũ. ut abicio. obicio. adicio ꝑducunt̃ Hoc eni pacto apud authores freq̃ntius esse cõperies. Cum tamẽ trissyllaba sunt. ea uaria quãtitate esse docuit Cremonensis. Sed cum productionem exemplis firmet. de breuitate tantũ duo uerba adicit & subicit ex Statio Achillis refert. inops ut arbitror exemplorũ

Quippe que in huiuscemodi forma rara sunt. nec sine figura ponant. Reice uero apud Virg. in buc. breuiat Titire pascentes a flumie reice capellas. Vbi quintus pes est proceleumaticus.

Annotatio de proprijs nominibus.

d De proprijs quidem nominibus hoc tenendum sentio. Si a claris authoribus celebrata erunt. debere nos illa a sua quantitate non mutare. Nam que spectata semel authoritate digne scripta sūt. ea ꝑprio arbitrio innouare uicio dat. Sin uero nusq̄ posita inuenientur. quantitas in illis obseruetur. que compositioni uocis quadret. que res iudicio eruditarū aurium relinquenda est.

Epilogus.

h Haec igitur que generali quadam preceptione a nobis dicta sunt. quoniā interdū aduersa uidebuntur ijs que postea scribemus. attentius consideranda erunt. Ne cū ad specialiora lector deueniet. ea que superioribus preceptis continent seorsum non refricuisse nos calumnietur. Nihil enim necesse est multa regulatim eximere que semel atq̄ ad plenū in genere dicta sunt. Quāobrem dictiōes que diphthōgo positione aut longa uocali per originem producte sunt aut breues. uniuerse ex precedētibus annotatas pene omnes reliquimus. quarum recta scriptio ex orthographie ꝑceptis pendet. Nunc ad vniuscuiusq̄ vocalis quantitatem demonstrandam accedemus.

De. A. in primis syllabis ꝑducta.

a Pre l. m. n. et s. in primis syllabis ꝑducit. Inuenit tamen in his dictionibus correpta. Alo. malus adiectm. Calo grecū vbū cū uoco significat. palus. fala palā. salū. falernus. alius. aliq̄ndo. talētū. aluta. aliptes

caligo.uerbũ.et in obliquis huius nomĩs sal. Chlamis amo.fames.amurca. hamus.camera.Camelus.famulus.amicus.tamen.cano.canis. Anas. manus. animus anima.Maneo.Canopus. Quasi.basis.asinus.casa.fasellus.

De.A.in primis syllabis correpta.

e Stipsum quoqꝫ a. prę b.c.d.f.g.p.r.t.&.u. in primis syllabis correpta. preterq̃ in his uocabulis.pabulum.tabes.scabidus.strabo.labes.fabula labor uerbum.& in futuro indicatiui modi.horũ uerborum.flo.sto for.&.no.Bacchus.Trachus.acer acris placo.graculus.facũdus.machina.& in obliqs huius nominis pax. Iacinctus anceps est. ¶Clades.spadix.radix.traduco.suadeo rado.trac[illegible].gradiuus.uado.gades.¶Safirus.quam dictionem non ponerem.nisi ab Alexandro quoqꝫ esset apposita. Nam greca est/& per ph.scribi deberet. ¶Strages.saga.uagina.stragula.magalia.uagio.lagana.pagus.fagus.pagina.et plaga pro uulnere. ¶Apulia.lapa.crapula.papilio.rapa vapulo.pape.papo. Areo.carex.uarica.Nar cia.uarex.narix.pareo.glarea.carica.hara pro altari.carus.clarus.rarus.& ad hunc modum terminatis dictionibus.¶Saturnus.uates.latus adiectiuũ.laterna. Quattuor.quod t.duplici scribitur.natura.fatum quatenus ater.mater.crates.chrater.matuta.¶Statim & platea uarię ponuntur. Nauis.Mauors.gnauus.auia.pauo gauisus.prauus.Dauus.claua.clauus clauis.flauus.

De.A.in medijs syllabis producta.

A In medijs syllabis.prę.g.&.u producitur. Sed pelagus contra.Item abauus.tritauus.huiusqꝫ compositionis & deriuationis nomina.

De A in mediis syllabis correpta.

a Pre b.c.d.f.l.m.n.p.r.s.& t. breuiatur. Sed nomina in bilis.bundus.culum.amen.& aliis exeuntia si deriuata sunt producuntur. ut uenerabilis. letabundus.cœnaculũ.canalis.iuuamen.gestamen. Cloaca.opacum.& obliqui qui ab ax.ueniũt.ut limax limacis. fallax fallacis. Cicada. Priapus.sinapi. quod Donato teste in i exit. Binarius.ternaris.et huiusmõi originis nomĩa.et obliqui nominũ terminatorũ in ar. deriuatę speciei.ut torcular. sotular. preter Nectaris. Cęsaris.bostaris & asparis. ¶ Parnasus.omasũ.agaso. Achates.Socrates.nostrates.et similis deriuatiõis nomina.et obliqui nominum in as exeuntium.si tamẽ in atis.genituũ finiunt.ut calamitas.atis.

De A in ultimis syllabis.

a In ultimis syllabis nisi ablatiuo casu ueniat. aut vocatiuo nominũ propriorũ in as. ut Aeneas. Andreas. Item nisi in his dictionibus.postea. preterea interea.antea.quia. Et in his aduerbiis. una. frustra. Et in hac ꝓpositione contra.et in secũda persona imperatiui mõi uerborũ primę cõiugatiõis numero singulari fere semper corripitur. Nomĩa autẽ gręca ut malea. tegea.producuntur. Statius in quarto thebaidũ. Non tegea nõ ipsa deo uocat alite fœlix. Cillene. Numeralia uero noĩa ut. Triginta.ancipitem habent q̃ntitatẽ.

De.E.in primis syllabis producta.

E Pre.d.l.n.s.t.&.u.ꝑducitur. His uocabulis tãtũ exceptis. sedeo. medeor. meditor. Medusa.& eiusmodi polisyllaba.preter sedulus. et seditio. Cedo item & edo.cum unũ dic. alterum comedo significat. Velut.uelim.gelu.scelus.celer.melos.chelis.melior Melicon. Fenestra. penitus. penates.penes. penus. Tener.teneo. uenio.tenor.bene.genus.gener.senex

Venus.ueniam. Metallū.fretum.meto.ueto.metuo Getes.retro.peto.uetus.Thetis p Achillis matre.petaurus.Iuue.in satira.Plurima sunt fuscine.An magis oblectant aīm iactata petauro Corpora.Leuo breuis.seuerus.leue cum signat planum.

De E in primis syllabis correpta.

E. Prę b.c.f.g.m.p.q et r.nisi in seqntibus breuiat dictōibus.Thebe.gleba.nebrida.& in obliqs huius nomīs plebs.¶Fęcundus.uecors.sęculum.securus.mechus.setius.echo & obliquis huius nominis fex. Lego.as dego.tegula regina regula & ī obliquis horu nominū rex et lex. Semen.emulus.femina.demum.nemo.eminus.semita.semis semissis. ¶Sępe.cepa.repo.sepio.&in pteritis pfectis et plusqpfectis huius uerbi reperio.quod fit ppter.p.geminatū ut dictū est. Nequaqz & quę diphthōgos habēt. ¶Cerulus.heres feralis hereo.seres populi.Moereo.cera.serium.sero.eruca.ceronia.erugo.erigone.uerus.spero & pero peronis quod est calceamentū rusticorū.Virg.in.vij.Aenei.Nudus tegit altera pero.A quo peronatus.Persius.Nauem si poscat sibi peronatus arator.

De E in mediis syllabis producta

E Prę.b.c.d.l.m.n.t.& u.in mediis syllabis lōga profertur.Quā tamē pceptionē.heę dictiões non obseruāt.Eleborus.herebus.terebintus.Seneca Andromede.Melchisedech pprium nomen hebręi hominis.esseda. Abimelec hebręum nomen.Angelum gręcum.quę ideo excipimus.quia iam usu pene latia facta sunt. Heremus Alemania.uehemens.gethsemani hebraicum uocabulū.Et obliqui huius nominis hiems. Hebenus.iuuenis.Helena gręce mulieris nomen.Anxietas pietas.& nomina huiusmodi formę

Ametistus. Temetum. & obliqui ab etis formati ut seges. etis. ti. preter Agnetis. lebetis. oclupletis. Magnetis. quietis.

De E in medijs syllabis correpta.

E Ante. f. g. p. r & s. positam (nisi in his subscriptis uocibus) corripies. Cethegus. tristega. lagena. Presepe. Statera. Seuerus. pseuerat Austerus, Galterus chimera galerus megera machera crathera. pāthera. hiberus. & in oībus in rium finitis. ut misteriū. Que tamen nunc correpta nunc producta leguntur. Obliqui uero huius nominis mulier uarie ponuntur Mathesis diuinatio ¶ Frenesis anceps est.

De. E. in ultimis syllabis.

E In ultimis syllabis (preter q̄ sexto casu nominū quinte declinationis. & uocatiuo casu propriorū nominū in es exeuntiū. Et in aduerbijs que a noie per cōuersionem de. o. in. e. deriuantur. ut iusto iuste Et in his monosyllabis dictiōibus, pre/ de/ me/ te/ se/ & ne/ cum signat non. Ve item cum est interiectio. fere. ferme/ cepe/ fame. quare/ hodie. affabre & pulchre. Et in grecis nomibus in. e. definitis. ut Progne. Nerine) breuis est semp. Diphthōgatis uero dictionibus ut dictum est. et imperatiuo secunde coniugationis ut doce. alia est forma.

De. I. in primis syllabis pducta.

I Pre. d. f. l. m. n. r. s. & u. frequentius pducitur. A qua tamen preceptione has dictōnes exemptas inuenies ¶ Fides. quidem. uidua. ideo. idolatra. idoneus. bidens. tridens. fidis. uideo. triduū. & idem neutri generis. Cifus. Philomena. hilaris. chilindrus. filix. milium. Cilix. bilibris. pilus. pila. proludo. (Cilium. Tilia. sileo. silex. silix. siligo.

Thimus.simus.nimis.hymen.simul.imago.simulo.
similo.similis. Sinus.lino.linio.Tinea.Cinis.Sine.
Minus.minor.minaris.minister. Lyra musicum in-
strumentum.pyrus.mirice.Vireo.& quę inde nascũt.
Tisana.Miser. Obliquos huius nõis.Nix.niuis.

De.I.in primis syllabis correpta.

I Prę.b.c.g.p.q. & t. breuiatur. Sed excipiuntur infrascriptę dictiones. Tibia. Viburna. Hibernus.Tribula.fibula.scribo.liber adiectiuũ.et cum pro uino ponitur.ibis auis.libo.libum. sibula. uibex. & in futuro horum uerborum.eo.queo. Spiculum dico.uicus.uicenus.tricenus. trica uel tricę.ficedula. a ficu enĩ uenit.auis quidem est sic appellata. q̃d ficus edat.Licium.mica.sicut.picus.ficus.ico ũariatur. Viginti. fligo. bigę. figo. stigo. frigus.frigeo.pigę.& obliqui huius nominis strix. Ripa. Vipera. stipo. cippus.stipes. Liquor.liqueris & quę ex eo formant tẽpora. Nitor elitellę.itur.titan.titillo.psitacus.Italus.quod usu atq; authoritate utẽtiũ ꝓductũ ꝑmanet. phiton.pitasma.et horum nominũ obliqui.glis.glitis. lis.litis.& dis.ditis.uita.uitis.ritus.mitis.

De.I.in medijs syllabis producta.

I Prę.q & u. Nisi in his uocalibus.Reliquus,siliqua.& Niniue.In medijs syllabis semper producitur.

De.I. in medijs syllabis correpta.

I N medijs syllabis.I.prę.b.c.d.f.g.l.m.n.r.s.& t.corripitur. Sed in suppositis uocabulis producitur. ¶ In nominibus in bilis exeũtibus.quę a quarta cõiugatiõe ueniũt,ut audibilis.sensibilis. ¶ Amicus lectica.umbilicus apricus.lorica.Caicus.uesica.formica.pudicus.urtica.posticus. Et in obliquis nominum adiectiuorũ in.ix.finitorum.ut fœlix.fœlicis.pernix.

pernicis. ¶ Itē in obliquis horū nominū Fenix. mastix podex. Et nominū in. ix. femi generis. ut matrix. matricis. ¶ Nomina uero propria in icus desinentia frequētius producūtur. At si non uulla quadratius proferri contra posse uidebūtur (nisi sint frequentata magnis authoribus) licebit ad metri comoditatem formā illis imponere. Hoc quoq; loco est sciendum. Nomina in cula desinentia corripere i ante cula. His exceptis. cuticula cornicla & cāicula. primi uocabuli hoc exēplū habes ex Persio in satira. Rem populi. semper et assiduo curata cuticula sole. Secundi testis est Ouidius in arte. Nec graue tempus adest sitiēsq; canicula tradet. Posterioris. Ora. in episto. Grex autē plumas. moueat cornicula risum. Coronides. Atrides. Titides. pelides Abidos. cōsidero. desideriū. formido. cupido. libido. auriga. quadrigę. caligo. fuligo. rubigo. siligo. origo prurigo. tentigo. castigo ¶ Quintilis. sextilis. & in nominibus ueutris in ile formatis. ut sedile. monile. ouile ¶ Missile tamen. facile. gracile. agile. humile. simile. aquatile. uenatile. futile corripiūtur. ¶ Exili. subtilis. asylum. Aprilis. hostilis. senilis. iuuenilis. seruilis. suilis suilimis producūtur. ¶ At illud uideas. nomina in ilis finita. ante lis i longam habere si a nomibus deducūt ut a sene senilis. uno excepto parilis ¶ Neutrius quoq; generis nomina in ile posita hanc formā sequuntur. ut cubile & ea quę paulo superius diximus. ¶ Opimus. illimis. sullimis. Et in nominibus in imen desinentibus. quę ex q̄rta cōiugatione fiunt ut munimen blandimē rudimen. ¶ Herinis. ciminū. caminus. catinum. festino supinum. propino. salinum. ¶ Et in nomibus deriuatis in inus positis. ut vulpinus. Quirinus. Iugurtinus. Et tamen nomina quę. g. ante huiusmodi termiatione habent corripiunt i. ante n. ut oleagina. fagina. Virg. in buc. quoniam tibi pocula ponam Fagina. Item geor. ij. Truditur e sicco radix oleagina ligno ¶ Cęterū quę

Bissus. Adamas. Bombix. Iacinctus & Ametistus formant breuia sunt. ut bissinus. adamantinus. Iacinctius Ametistinus. In omnibus quoq; in timus cadetibus si a primitiuo referunt. t. producunt idest matutinus a Matuta. Virg. in. viij. Aenei. Nec minus Aeneas se matutinus agebat. Sin non. corripiunt ut. sero serotinus Cras crastinus Vir. in. i. geor. Si uero ad solem rapidū lunasq; sequentes Ordine respicies. nunq; te crastina fallet. hora. In nomibus item in ina formatis. ut pruina. ruina. Catherina. Corolina. preter Mutina. pserpina femina. In obliquis pterea nominū in in finitorū ut Delphin Delphinis. Obstipus. Delirus. papirus Saphirus lapis. butirū. Cuius mediam syllabam breuē facit Cremonensis. Anchises. gauisus. paradisus. paradisis. & in huiusmodi formę nominibus. Heremita Leuita. Margarita. & in horū similibus nomibus quę vel locum uel personā significāt. Sunamitis. polimita. Lechitus. Aconita. Cochitus. Hermofroditus. Tersites. quirites. auritus. mellitus. turritus. et similia horę vocabula sumpta ex nomie. pręter seruitus et ambitus in quibus tamē deriuatio est spectanda diligēt. & pter aduerbia in itus posita. ut funditus. stirpitus. In nominibus ex uerbis tertię & quartę cōiugationis natis quę in itū supina mittunt ut mugitus. rugitus. auditus quęsitus. Sed percitus aliam formam habet. Obliqui quoq; nominū in is desinentiū. ut Samnitis a Samnis.

De. I. in Vltimis syllabis.

I Ad finem dictionis posita. semper longa est. pręterq; in his dictionibus. tibi. mihi. sibi. quasi & nisi. Ibi uero & ubi. & quę ex his fiunt. ut sicubi indifferentia sunt. In dictionibus item grecis vocatiui casus. inuenitur i correpta. ut Thebai. Stati. in ultimo Theba. O mihi bissenos multū uigilata per ānos Thebai. & Vir. in bu. Te Coridon o Alexi. trahit

sua quenq; uoluptas. Ouidius de trasformatis in prio: Dic themi qua generis damnũ reparabile nostri. Arte fit. Idem de fastis. Idibus est Annę festum geniale perenne. Non procul a ripis aduena Tibri tuis. ¶ In dictionibus item grecis. ipsum i. in datiuo casu reperitur correptum. Statius Achilleidos. Palladi littorę celebrabat Schyros honorum Forte diem.

De. O. in primis syllabis producta.

o Prę. b. d. g. m. &. s. ꝑducitur. Sed inde excipies infra positas dictiones. Obes. obest. oberam & reliqua quę ex sum formaueris. quę positionem non habent ut obsum. Soboles. obesus. globus. probus. probo. probrum. scobis. & obliquus huius nominis scrobs. Modus modo. odor. odio. modius. fodio. Toga. rogo. rogus. Vomo. omasum. dominus domus. comes como coma. glomus. homo. domo stomachus. comedo. omitto. Prometheus. Rosa prosa proseuca. posuit & inde genita.

De. o. in primis syllabis correpta.

o Prę. c. f. l. n. p. q. r. t. &. u. remotis subsequentibus uocabulis. semꝑ in primis syllabis corripit. Procerus. otior. iocundus. Cochitus. foca. ociũ poculum. oculo. & obliqui huius nominis uox. Profugio. profero. prosum. Sed quę de pro supra scripsimus ea non negligas. Moles proles. solor. olim. colyphia. boletus. solus. polipus. prolixus. stola. colo. as. solennis. solers. nolo. Et in obliquis huius nominis sol. Pono. nonus. zona. pone. nonę. comis. dono. donum. donec. conor. pronus. Topus. opilio. sopio. populus arbor. copia. copula. copulo. Quoq;. Chorus ventus. corã. oro. thorax. noram. hora. ore. corallus. lorũ. gloria. sor ex morus floreo. et ĩ obliqs hoꝝ noĩm os

oris.mos moris.quorū & hic horū. Poto quottidie. totus.notum.uotum.Clotho.protenus.Et in obliquis noim genitiuos in otis ponentiū ut sacerdotis nepotis Compos & impos suam deriuationē sequūtur & sunt breuia. Prouidus.ouū.prouincia.prouenio.& inde prouentus.

De.o.in medijs syllabis producta.

o Prę.n.s.t.&.u.nisi in his dictionibus in medijs syllabis lōgabit᷑. Sardonix sardonis Diaconus. Sindonis.ascones.Britones.& in oībus ex on deflexis q̄ locorꝫ personarū propria sunt. ut Symon.Symonis Babilonis ꝗuis in his mrta ueritas ē apd᷑ authores Vir. in buc.Pastorū musam Dęmonis & Alphesiboei.Idē in eod᷑. Aut Alconis habes laudes. aut iurgia Codri. Itē Iuuenalis Hic boue percusso mugire Agamēnona credit .Item Stat.in.x. thebaid᷑. Amphion equites noctē vigilataqꝫ castra. Ab on enim longa necesse ē genitiui terminationē ꝑduci.Quod contra apud eūdem Stati. reperitur.Et caligantem longis Ixiona giris. Ouidius itē primo de transformatis.fœda Lychaonię referens conuiuia mensę.Etenī lychaon nomen possessiuū corripiunt. Non facile propterea certam quis in huiusce nomibus ꝑceptionē afferet.nisi in gręcismo sit.Nā apd᷑ gręcos.o.duplici est figura. Vnū quod est nostro non impar.& uocatur.o micron.idest minus uel paruū uel breue.Alterum dissimile & quasi geminatū. hoc modo.ω.& dicitur.O.mega.idest magnū.Arbitror ꝑpterea in nominibus gręcis on in positione ntī habētibus hanc uarietatē inueniri quantitatis. Cuius rei nō fero iudicium gręcismatis nescius.His ipse uocabulis utor ita ut authores usos esse cōperio. Compotus.aptota quę gręca est dictio. In proprijs nomībus si.o. super u.forte acciderit ut clodoueus.ludouicus.q̄m lodoicū dici quidā uolūt.quantitas seruetur quę uisa fuerit ad elegantiam quadrantior

De.o.breui in medijs syllabis.

o Pre.b.c.d.g.l.m.p.q.&.r.breuis est.producet tamē in quas ānotabimus dictiōibus. Octo-ber.& in datiuo & ablatio numeri pluralis horū noīm ambo & duo.in obliquis item nominū in.ox. exeūtiū ut uelox uelocis. Herodes.& in obliquis huius noīs custos et in his que inde proueniūt ut custodia. In nominibus item que a gogos greca uoce deriuātur ut ysagoge.sinagoga que diuturno usu latina pene facta sunt. Amomū. Europa.Esopus.piropus.canopas. In nomībus quoq3 in orus definitis vt sonorus & in obliquis nominū terminatorū in or Preter obliquos horum noīm.Arbor memor castor equor marmor.Quorum quantitatē sequūtur nomina propria in or terminata vt Hector.nestor.et in deriuatis a corpus vt bicorpor. Et in obliquis horū noīm decus.femur.robur.ebur.

De.o.in ultimis syllabis

o Nisi ex monosyllabis dictiōibus erit.aut dtūm & ablatiuum terminabit.aut in istis aduerbijs tanto quanto sedulo suiq3 similibus.pro uolūtate scriptorū habetur. Excipiendas tamē puto grecas dictiones vt dido.mantho.calipso.

De.u.in primis syllabis ꝓducta.

v Pre.c.d.f.g.m.n.s.t.&.u.producitur.Has tam̄ dictiones excipe. lucerna. ducenti. Cucumis. & obliquos horū dux.nux.& crux. Rudentes.sudes rudis.pudet.studeo.rudo est indifferens. Pugil.fugio.iugum.tugurum. Cumulus.humilis.humus. tumulus.numerus. Cuneus.tunica. Curules.murena.furo.nurus. Susurro.pusillum. Lutum.puto vter.cutis.vter.uti.utinam.puteus.puteal.uterus. rutilo.futurus.Vtica. fluuius.pluuia. c iij

De.v.in primis syllabis correpta.

v Prę.b.l.&.p.in primis syllabis corripitur. Sed inde excipies. Rubigo.pubes.bubo. tuber. suber.vber. bubalus.nubes.nubo. Cuius hęc cõposita breuia sunt.pronuba.innuba. de quibus supra dictum est. Vligo fuligo.mulus.gulio. Pupe pupis cupa. Iupiter quod vocabulũ duplici.p.scribẽdũ esse contendũt multi.stupa upupa.nuper.rupes.pupillus. pupilla anceps est.

De.v.in medijs syllabis ꝓducta.

v Prę.c.d.g.m.n.r.s.& t.in medijs syllabis.si hęc uocabula exemeris.ꝓducet. Volucer educo Obliquos huius nominis pecus pecudis. Sanguisuga.& obliquos huius nominis cõiunx. Incolumis.contumax.autumo. Purpura & uerba in rio exeuntia.ut esurio.Mercurius.Lemures.& obliquos nominũ in ur finitoꝝ. ut guttur.Ligur.Arbutus.

De.v.in medijs syllabis correpta.

v Prę.b.l.&.p.in medijs syllabis breuis est. His vocabulis dumtaxat exceptis. Saluber. Getulus. Adulor.curules.torcular.

De.v.in ultimis syllabis.

i N nullis dictionibus latinis.v. in calce dictiõis correptum inuenies.

De consonantibus ad exitum dictionũ positis

b In dictionibus latinis nunquam erit extrema: in peregrinis ut Beeltzebub.Iacob breuiabit.

c Producitur.Nisi in istis dictiõibus. lac. hic. qñ est ꝓnomen.Nec & donec. quod tamen in hoc carmine est ꝓductũ. Donec aspirante deo conatibus egris.Sed apud Ouidiũ de tristibus primo corripitur. Donec eram sospes tituli tangebar honore.Et in tercio Vir.Donec humo tegere ac foueis abscõdere discũt.

d Semper erit breuis vt apud.ad & in exteris quoq; vt Dauid.Abiud.Eliud.

l Correpta est, preter nil, sol. In peregrinis dictionibus, ut Michael, tanaquil sepenumero producitur

m Aut precedit uocalem et tunc abiicitur. Aut ad eam cõsonans subsequitur, et positiõe ꝓducit. Aut in extremo uersu collocat et potest esse ãceps.

n Producta erit. Sed, in, dein, an, tamen, forsan, forsitan, viden. Nomina item latina que genitiuũ corripiunt, ut nomen, numen, breuia sunt. Accusatiuus item grecus, in an, in en, & in on, t̃minatus cuius genitiuus nominatiuũ non excedit. Iuuenalis in satira penultĩa. Quis nescit Volusi, Bithinice qualia demens, Aegiptus portẽta colat? Crocodilon adorat. Item Lucanus in, ix. Quis fata putaret. Scorpion aut vires mature mortis habere? De grecis uero dictionibus vt Mennon, Syon, Agamẽnon nihil certi ꝓferre ausim. Nam earũ dictionũ apud authores nostros uarius est usus. Inuenies tamen in huiusmodi grecanicis vocabulis n interdũ remoueri. Stat. in, i, achillis Conclamant Danai stimulatꝙ Agamẽno uolentes, eandẽ ꝙ ad extremũ interdum iungi et eam produci, ut pro Pluto pluton. Vir, vij, Aenei. Odit & ipse pater pluton odere sorores. Quod fieri arbitror quia huiusmõi dictiões Mẽnon, Antiphon apud grecos in on exeunt, ad nos uero traducte n abiiciũt, ut dicamus Antipho Macedo, pro Antiphon Macedon.

r Nisi in monosyllabis dictiõibus et in his uocabulis, ether, crather, gadir, abadir, hiber celtiber, q̃ duo nomĩa ab hiberus celtiberus ueniũt. Aer, par impar breuiatur. Ex monosyllabis quoꝙ hec correpta sunt per fer cor vir, et ea que inde formaueris.

s Quodãmõ dũ singulis uocalibus adiungit, ita diuersum ꝓnunciationis habet modũ. As enĩ in latinis dictiõibus raro inuenit correpta. Sed grece dictiões q̃ gtõs in os mittũt as corripiũt. Vir, in, ix, ene,

Iam loca iussa tenet forti permixtus Etrusco. Archas eques. Accusatiui quoque hanc formā habēt. Virg. in buc. Aonas in montes ut duxerit una sororum. Item Ouid. de remedio amoris. Pixidas inuenies & rerum mille colores. Iuuenalis in satira. Vltra Sauromatas. in fine & modo captas. Orchadas idem. figentem immanes Lestrigonas & cyclopes & Vir. i buc. Inter delphinas orion. Es pducitur nisi in his dictionibus penes & inquies quod significat inquietus. Et in uerbis a sum deriuatis. vt ades potes. Et in nomibus in es numero singulari terminatis. quorū genitiuus in tis desinit. vt miles. pedes. eques. Grçca vero nomia numero plurali. es uarium habēt. ut archades. Vir. in. buc. Ambo florentes ætatibus. Archades ambo. Idem in eodem. Proetides implerūt falsis mugitibus agros. Item Iuue. Vascones ut fama est alimentis talibus olim. pduxere animas. Itē Virgi. in. vij. Aenei. Quid syrtes aut scillā mihi aut vasta caribdis profuit. Is breuis est. pterquam in datiuo & ablatiuo pluralis numeri. Item in noībus in is exeūtibus. quç in itis genitiuū mittūt. quiris quiritis. samnis samnitis. et quāuis. sis. et uis & uelis. Et cū is. pro. es. in accusatis noim tertiç declinatiōis numero plurali ponitur. qd non fit nisi cū genitiuus pluralis in ium exit. Vir. in. iij. geor. Et pinguis ceras. Itē in. iiij. Contemplator aquas dulcis et frondea semper tecta. Item in. i. Aenei. Omnis ut tecū meritis pro talibus annos exigat. Itē in iij. Aenei. Tris adeo in littore certos ceca caligine soles. erramus pelago. Item in. ij. Geor. Et turpis auibus predam fert una racemos. Is quoque pronomen longum inuenitur. Orat. ad Numicū. Qui timet. is aduersa fere miratur eodem. Quo cupiens pacto. &c. In secundis quoque personis uerborū quartç coiugationis is producitur. vt audis. uenis. Os nisi in his nominibus. os ossis. compos impos. longa est. quāuis hçc duo quç postremo diximus inter nomina in os

longam desinentia a Prisciano numerētur. Sed Ouidi. de arte corripuit. Insequere & non post iam modo cō-pos erit. Breuiatur itē os. in genitis nominū grecorꝝ vt Palla dos Stati. in. v. Erumpunt tectis summasq; ad Pallado s arces. Impetus. Nominatiūs uero eorundem nominū grecorꝝ numeri singularis est anceps. ut delos Lemnos. Chaos uero corripitur. Vir. in. vi. Aenei. Dij quibus imperium est animarum umbreq; silentes. Et chaos & flegeton. Vs breuem facies. nisi in genitio singulari. Nominatioq; actio & uocatio plurali noim quartę declinationis ut manus auditus. In nominibus itē quę in udis. uris & utis. ponūt gtios. ut incus. plus. tellus. salus. uirtus. Palus uero ab Oratio cōtra effert. quāuis a Vir. in. vi. Aenei. producatur. Tristiq; palus innabilis unda. alligat. Pus quoq; longat. Ora. in ser. proscripti regis Rupili pus atq; uenenū. Est autem pus sub cute coagulatus ex lesione sanguis. Vs autem grecorum nominū genitiuos in odis ponentiū. longā esse asserit Priscianus. ut melampus.

t Proculdubio per omnes parteſorationis nisi priori consonę iuncta breuis habetur. ut caput sinciput. occiput. sicut. at. Concisas tamen dictiōes ut fumat ꝑ fumauit possumus excipere. in quibus vltima syllaba tanta manet quanta in suo fonte fuit. Sed iam de syllabis finem demus. Nam tam longe patens pelagus in his est. ut immensum & pene incertū iter is arripiat qui singula persequi tentabit.

Finit liber primus fœliciter.
cum laude omnipotentis dei.

De pedibus liber Secūdus incipit. & primo quid sit pes

Vnc quoniam satis ut arbitror quę natura sit
n litterarꝝ. quę syllabarū quātitas supius sum us
executi. de pedibus quibus tanquā proximis
partibus carmen exurgit deiceps differere incipiēus.
Edem in metris ad similitudinē officij corporei
p pedis appellatū esse constat. Queādmodū enī
pedibus incedentes. nunc tarde. nunc prope=
ranter gressus nostros cōponimus. Ita metrū quidem
certis pedibus & mensuris. uel fluit celeriter uel lente
procedit. Quo fit ut pes esse putetur. syllabarū per
definitū tempus ad harmonicā cōcinnitatē mēsuratio.
Nam uelut in choreis. non tam sese promouere. quā
apposite. quā eleganter. quā decore. & ad mimi nume
rosum concentū salire laudatur. Ita in eo quod deside=
ramus carmē. uel lentes. uel prępetes pedes adhibere
non est satis. Nisi etiam ad sonoritatē & dulcedinē pro
rerū natura eos accomodes. Multum nāqꝫ interest
quibus pedibus Spondeis ne. an Iambis. uersum pscri
bas. Alius enī alio est moratior. Sūt qui instar lapidū
e superno aliquo iugo cadentiū eunt pręcipites. Hi ad
festinationē & subitū metū aptari possunt. Quo more
ad casum turris usus est in. ij. ęnei. Virg. Conuellimus
altis. Sedibus impulimusqꝫ. ea lapsa. repente ruinam.
Cū sonitu trahit. & Danaū super agmina late. Incidit.
Omnibus enim Dactilis usus est. qui ueloces sunt. &
eam quam describit ruinam commode repręsentant.
Item paulo inferius de Pyrrhi in domum Priami irru=
ptiōe. Labat ariete crebro. Sex enī continēter pręperi
bus syllabis scripsit. quę corruentis ianuę fragorē ante
oculos ponerent. Item in. xi. de morte Aeneę. trans=
uerberat ariete pectus. Sunt qui more grauissimę
molis tractantur magis quā eant. ut in. ij. ęnei. Sponde
os mltos accumulauit. Virgilius. cū extremos Priami

casus narrantem Aeneam inducit. Ait enī de Hecuba senem Priamū ab armis prohibente. Sic ore effata re-cepit. Ad sese. & sacra longeuū in sede locauit. Et seq̄t paulo post Sic fatus senior. telum imbelle sine ictu: Coniecit. rauco q̄d protenus ęre repulsum. Et summo clipei nequiq̄ umbone pepēdit. Et paululū infra uelut attonitus. et hęrens Aeneas. ait. At metū primū seuus circumstetit horror. Et in. v. de Sergesti naue scopulis impedita. Infœlix saxis in ꝓcurrentibus hesit. Cōcussę cautes. et acuto in murice remi. Obnixi crepuere. illisaq̄ prora pependit. Consurgunt nautę. Et in eodem. de Entello sene athleta. contra Daretem. Quid si quis cœstus ipsius & Herculis arma. Vidisset. tristēq̄ hoc ipso in littore pugnam? Vides in difficultatibus summis. pedum pondere. & syllabarum lentitate non abusum poetam. sed studiose grauantē omnia torpētibus fere vocabulis. Versificatorē igitur pedum uim & naturā cognoscere oportebit. quos centū & uigintiquattuor esse Douatus scriptū reliquit. Verum de omnibus di-cere (q̄m parui esse ad institutum nostrū ęstimamus) duodetriginta tm̄ hoc loco aperiemus. ex quibus inte-dum geminatis reliquos confici certum est. Eorum aūt q̄s numerādos suscepius sunt dissyllabi quattuor.

De pedibus dissyllabis.

p Rimus pes dissyllabus. ex duabus longis syllabis constans. est Spondeus. ut languens. Secūdus est Pyrrichius. qui duabus syllabis breuibus fluit ut fera. Tercius Iambus vna breui altera longa con-ficit. ut domi. Quartus est Trocheus. qui Iambo con-trarius. ex prima longa & secunda breui constituitur.

De Trissyllabis pedibus.

t Rissyllabi pedes sunt octo. Mollossus qui & Trimachrus appellat̄. cōstat ex tribus lōgis. ut stertit. imprudens. Dactilus prima longa et duabus breuibus. ut barbarus.

Ediuerso autē surgit Anapestus. qui ex breuibus duabus syllabis & postrema longa constat. ut liquidos.
Aphimachrus mediam breuem duabus productis intercludit. ut rhetores. Amphibracchus contra postremas breues habet. media producta. ut feroce. Bacchius primā corripiēs tradat posteriores ut ocello. Palimbacchius huic omnino est contrarius. posteriorē enī breuem habet. priores longas. ut despectat. Tribrachus quem nōnulli Chorium esse uolūt. tribus breuibus approperat ut facile.

De quadrissyllabis

r Eliqui quadrissyllabi sunt numero sexdecim.
Dispondeus omnibus longis constans. ut concertantes. Dijambus ex duobus iambis conficitur. idest prima syllaba breui. secunda longa. tertia breui quarta producta. ut superbiunt. Ditrocheus contra prorsus. prima & tertia lōga. reliquis breuibus īcedit. fit ex trocheis duobus. ut factione. Proceleumaticus est dispondeo contrarius. Breuibus enī quattuor syllabis mirum immodum pernix est. ut celeriter. Peon primus primam remoratus syllabam. reliquas breues dimittit. ut uersidicus. Peon secūdus a fronte pceps. secundam sistit. posteriores uero syllabas abbreuiat. vt suauior. Peon tertius penultimā tardans. breues habet reliquas. ut leuigabit. Peon quartus pricipio toto preceps. a fine desidet torpètq;. ut maliuolos. Ionicus a maiore duas inicio lōgas. sequaces breues habet. ut sermonibus. Ionicus a minore. huic diuersus est. ut numerosis. Coriambus primā atq; ultimā pducens. medias duas corripit. ut inuidiam. Antispestus huic repugnat. ut retundemus. Epithritus tertius penultimam corripit. alijs longis manentibus. ut mordētium. Epithritus quartus ultimam tantum abbreuiat. ut mutescendo.

De cuiusq̧ pedis origine.

h Is pedum nomibus gręcam esse originē nemo dubitabit. Quare uehementer errare mihi uidentur Alexandri cōmentores qui latinam illis īterdū interp̄tationē afferunt. quasi gręcę dictōnes ex latinis fuerint aliquādo deriuatę. Sed qm̄ a gręcis illos pedes accepimus hinc eorū quoq̧ repetēdus est intellectus. Spōdeum igitur non a sponda lecti deriuatū quisquā arbitretur. Neq̧ tn̄ gręcas nos uoces unde hęc sumpta sunt tradituros expectet. Nā quod illas non satis pure dicere aut scribere haud uereor (quippe qui Belga sū Parisiꝭ educatus) relinquere potius. quā eas contaminare consilium fuit. Tantum ꝓpterea significationes quas ex Gregorio Tipherno gręcę latinęq̧ sciēti (dum Parisiꝭ forsitan ageret) accepimus. & dein apud Perottum qui de generibus carminū non inelegāter scripsit legimus. fideliter docebimus. Dicebat enim Tiphernus quod & Perottus affirmat. a litantibus Spondeū dici. ꝓpterea quod diꝭs immortalibus libamen offerētes. hoc pede sua carmina cōponerent. Nam spondi ad nos traductum libamen significare dicebat. Pyrrhichiū a Pyrrho qui post habitā uictoriam uersu pyrrhichiꝭs incedēte primus laudari meruisset. At Cremonensis author parū latinus. a puericio Pyrrhichiū dici putauit. q̄d uidelicet ludis puerorꝝ hic pes accomodus sit. Iambum non tam irrisionem quam cōtumeliam significare. eoq̧ obtrectatores uti solere confirmabat. Addit Perottus a Iamba puella Iambum appellari. quę hoc genere conuiciꝭ p̄ter modum lacessita. laqueo sibi gulam perfregit. Vel a Iamba Nyobes ancilla. quam apud Nyoben hospicio suscepta Iambico uersu laudauit Ceres. Trocheū a uolubilitate dictum assentiunt oēs. quo pede ad aras deorū inī sacrificandū saltantes hymnos huiuscemodi generis decātabant. Et pōt dici rotabilis. Trochos enim rota dicitur. Mollossum a

Molosso Pyrrhi & Andromaches filio. in cuius memoriam constantia hoc pede carmina. in templo Iouis canebātur. Dactilum per similitudinē articulorū qui sunt in digito. in quo ut primū lōgiorē. alios breuiores articulos uidemus. ita in Dactilo capitalem syllabam productam. reliquas esse correptas manifestum est.

Anapestū. quod a Dactilo sit retrouersus. Amphimachrū. qm̄ breuem longis duabus interceptā habet.

Amphibrachū. quod circa mediam longam. breues vtrinq3 locatę sint. Bacchiū a Baccho. cuius laudes huius pedis dimensione ferebantur. Palimbachium quasi contra bacchiū. ediuerso enī ad bacchiū cōstat.

Chorium quod choreis aptus est. Tribracchū q̄d tribus syllabis breuibus perfluat. Dispondeū uero atq3 Diiambū. quod alter spondeis duobus. alt̄ duplici Iambo ascendat. Ditrocheū quoq3. quod duplicem trocheum cōplectitur. ¶ Proceleumaticum a nautica exultatione cum ad portum appellunt uocitatū assentiebant. Perottus tn̄ ab hortatu & suasione impositum esse uult. ꝓpterea q̄d hic pes breuibus syllabis quattuor pręceps. celeritati conueniat. Tortelius uero hūc interpretat̄ quasi prius iussum. quia in sacris Minerue versus hoc pede cōditi primū pronunciari iubebātur.

Peones ꝓpterea dictos quod his laudabat̄ Apollo.

Coriambum quia in Iambum exeat. et sit choreis consentaneus. Antipestum. quod duobus diuersis omnino pedibus. idest Iambo & Trocheo constet.

Epitritum sesquiterciam significare uolebat. temporibus enī septem consumitur. Nam cū longas syllabas tres. & unam breuem semper habeāt Epitriti. Syllaba autem breuis uno. longa duobus temporibus profertur. Epitritos tempora septē habere necesse est. In quibus dū quattuor ad tria componunt̄. sesquitercia proportione mensurantur. Aulus uero Gellius libro. xvij noctium Atticarum ca. penul. scripsit. Epitritū numerū

esse qui aliquem numerū contineat. eiusq͡ insup̄ partē terciam. cuiusmodi sunt quattuor ad tres. duodecim ad nouem. quadraginta ad triginta relati.

Quod ad conficiendos uersus non est inutilis musices cognitio.

Igitur si quis ad ea quę de pedum ratione diximus animū intendet. uidebit profecto ad has versidicę artis pręceptiones artem musicam non nihil attinere. quę toni uocisq͡ & compositę modulationis vias digerit. metitur. librat. Quarū rerum ignarus & negligens. carmen ad numeros meditari satis apte nō poterit. Nam prisci illi authores excogitandis tā uarijs carminū generibus nunq͡ operam impendissent. Nisi aliam in illis atq͡ aliam longe harmoniam cōmiscere studuissent. Quod in Lyricis potissimū uersibus ītueri licet. Nā diuersi adeo sunt omēs. ut qui illos ad plectrū vel tibiam modulabitur. disparibus omnino musices speciebus & tonis eos personare necesse sit. Quāobrē in Comœdijs inęquales tibias (dextrā dico & sinistrā) adhibuisse poetas puto. Hinc quoq͡ ad lamentationes elegiā afferimus. ad celebrādos Heroas hexametros Ad res item diuinas genus aliud carminis. uel numerosum ūel longe diuersis pedibus dimensum afferri videmus. In quibus nisi ad numeros uerba. ad tonos numeri coaptentur. absona omnia reddi quis nescit? Alia enim cum demittitur. alia cum extollitur uox. tū verba. tū soni habendi erūt. Igitur nec numeros facile. nec rithmos elegāter. nec cōcentus sonoritates q̄spiā absq͡ musices adiumēto cōficiet. Ideo hāc sibi cōparet. versidicum monuerim. Vetustissimi enī poetę Lynus & Orpheus fistulis aut lyra cecinisse propterea meo iudicatu traduntur. non quod neruis & fidibus mimorūm instar modos effingerent. qui et philosophi et sapiētes essent. Verū ut inde homēs intelligāt. cūcta quę sibi diui authores scriberēt. quę dicerent. tam suauiter

tamq decore illos afferre. quã si modulatissimis usos esse constaret et musicis instrumẽtis. Quippe q̃rũ uersus & numero & suauitate sonori. & rerum pondere non leues. agrestissimos quosq pmulcerent. Saxa. siluasq idest non materiã illam. sed duros & siluestres accolas quo uellent ducerent. Inferos nanq ipsos admiratiõe sui tenere. & inde charissimã sibi Eurydicen (nisi fato esset inhibitus) Orpheũ educere potuisse traditũ est. Quãobrem Iopam citharędum ad conuiuãtes apud Didonẽ Troianos. Itemq ad Cromyn Massilu mq. ca nentẽ Sylenum Virgilius induxit. Qui nõ fistulatoria arte. non fidiũ impulsu. nõ tibiarum uento. sed carmis & orationis lenitate. & diuio pene uerborũ contextu concentuq. conuiuas sũmopere exhilararẽt. Ex qbus omnibus nobis uidetur carmen cũ ex grãmaticę artis rectitudine deriuatũ. exq artis dicendi purpuramẽtis ornatũ esse debeat. tum harmonicis proportionibus dimensum esse oportere. Neq tñ ita accuratũ & ubiq profluens prorsus. si longũ erit. quin moratũ & tardũ nonnũq atq asperũ. quodam prope neglectu sit. Nam quę nimia cura affectatam uenustatem ostendũt. & si inicio statim delectant. satiant tamen suspitione nimij apparatus. Sed quemadmodũ in amenioribus pratis hortulisq uarij flores natura tantũ compositi oblectãt uisum. ita in oratione cum soluta. tum metrica asperiora interdum uocabula intertexta mitioribus. auditũ permulcebunt. Quod Maronem reliquosq absolutiores poetas legentibus cum facile sit peruidere. nihil latius hanc rem proferemus. Sed ad ea trãsibimus: quę poetica licentia permittit carmina scribenti.

De Licentia poetica:

q Va in re aniaduertẽdũ est. huiusmõi licentiã nõ usq adeo ꝓtendi posse. quasi liberũ sit scriptori

litterarię artis deserere pręcepta. et pro suo uoto uel uerba transformare. uel uiciose inter se iūgere dictōes Verū quę in grāmaticis & oratorijs disciplinis a magnis authoribus tradūtur. ea negligere non debebit. Sunt enī cuiuis artí pręstitutí limites. quos licenter pro iudicio authoris pręuaricarj nefas est. Imitabitur ergo celebres poetas. & in quibus illi fere ad uicium. cum dignitate tamē sunt deflexi. in illa incidere nihil uerebitur. quin in ea ipsa. tum cōmoditate. tum necessitate carminis deueniet. Hic ergo permissus siue licentia in litteris. syllabis. dictionibus atq; oratōibus inuenit. Nā in his singulis fit a poetis cōtra pcepta trāsgressio.

In litteris quidem adiectione. detractione. immutatione et transmutatione peccatur. Additur nāq; interdum in dictione littera. quę pręcedentem breuem uocalem longā faciat. ut relliquias. relligio. oppidū. redduco. Vir. in. i. Aene. Troas relliquias Danaum. Idem in. viij Hęc duo pręterea dissectis oppida muris. Relliquias veterumq; uides monumenta uirorū. Item Oratius in Epodon. Deus hęc fortasse benigna redducet in sedē vice. d. enī addidit cum apud Virgilium prima huius verbi redduco breuietur. iiij. Anei. Eiectam classem socios a morte reduxit. Detrahitur quoq; nonnūq; littera. Virg. in. i. Aenei. Atq; immittis Achilli. s. enim vitandi sibili gracia detraxit. Quę quidem. s. prorsus etiam abicitur a dictōne quę cōiunctionē ne per Apostrophen includit. ut. satin. uiden. pro satis ne. uides ne Item in hoc nomine Porsenna n. additur & remouet quandoq;. Additur quidem apud Vir. in. viij. Aenei. Necnō Tarquiniū eiectum Porsenna iubebat. Remouetur apud Martialem. Hanc spectare manū Porsena non potuit. Quod si in alijs ausu simili liceat non affirmauerim. Immutatur. ut olli. pro illi. Vir. sępe. Olli subridens. &c. Cūq; opus est est longa syllaba. r. in. s cōmutatur. ut honos. labos. arbos. pro honor. labor.

arbor. Vir. in. vij. Aenei. Hunc mihi da propriũ uirgo sata nocte laborẽ. Hanc operam. ne noster honos. infracta ue cadat. Fama loco. Item in eodẽ. Vomeris hic & falcis honos hinc om̃is aratri. Cessit amor. Statius in Achil. Te longus honos ęternaq; cingent templa. Trãsmutat̃ ut Alexandre Teucre Euandre. pro Alexander Teucer Euander. quod ideo fit quia duplex est in his nomĩbus termĩatio nñ. Dicimus eni Euandrus et Euander. Teucrus & Teucer. Vir. in. viij. Tũ pater Euandrus dextram cõplexus eũtis. Idem in . x. Ardẽs limitem agit ferro. te Turne superbũ. Cede noua quercus. Pallas Euander in ipsis Omnia sunt oculis. &c̃.

De licentia innouandarũ syllabarũ.

i Dem & q; fit in syllabis. Nam dictioni ut comodius quadret uersibus syllaba adiungitur. uel ad mediũ ut ĩduperator pro Imperator. & id per E pẽthesim. Vel ad finem dictionis. ut dicier. pro dici. quod p̃ Peragogen grãmatici fieri uolunt. Subtrahitur. ut vixet accestis. pro vixisset. accessistis. Vir. in. xi. Vixet cui uitam deus aut sua dextra dedisset. Idem in prĩo. Accestis scopulos. Et surpuerat pro surripuerat. Orat. in. iiij. carm. Qui me surpuerat. Immutat̃ ut caudicibus ꝓ codicibus. Virg. in geor. Caudicibus sectis. Et chaurus ꝓ chorus. Idem ĩ buc. Spem gregis (ha) silice innuda cõnixa reliquit. Connixa pro enixa posuit. Itm̃ euantes ꝓ ouantes ut Seruio placet. Vir. in. vi. Aenei. Illa chorum simulans euantes orgia circum. Ducebat Frigias. Quę res pro quantitatę syllabę facta recte putabitur. Trãsmutat̃. ut displicina pro disciplina.

De innouatione dictionum.

d Ictiones quoq; additionẽ seu interpositionem alterius dictionis recipiunt. ut septem subiectatrioni. idest subiecta septentrioni. Orat. in odis. Quem

sors diem cūq; dabit lucro appone.pro quemcūq;. Detrahitur item a dictione. Virg.in.i.Aenei. Spumas salis ere ruebant idest eruebāt. Et in eodē. Si mortalia temnitis arma.pro cotemnitis.Et in buc.Oīa fert ętas. pro aufert.per Auferesim. Addit etiā littera dictioni metri gratia.ut apud Vir.in.viij.ęne.Alituū pecudūq; genus sopor altus habebat.Alituū dixit pro alitum. Aīaduertendūq; est.In ꝓprijs nominibus quę aspera sunt licere(si Seruio credimus) aut syllabam aliquam mutilare.aut omnio detrahere.quo fiat sonora magis & carmi magis coueniens.Ipsius autē Seruij in cōmētarijs sup.i.Aenei.uerba sunt hęc.Quotiēs poeta aspa inuenit nomina.uel in metro nō constantia. aut mutat ea.aut de his aliquid mutilat. Nā Sichęus Sicharbas dictus ē.Belus Didonis pater.Methes.hęc ille. Quod Vir.item ut ꝓhibet Seruius in.viij. Aenei. fecit in hoc versu.Haud ꝓcul inde citę mettum in diuersa q̄drigę. Abstulerant.Mettum dixit pro metium.& mœrorum pro murorum in.x.Quin intra portas.atq; ipsis prelia miscent.Aggeribus mœrorum. Sciendū quoq; est in dictiōibus gręcis licere uti genitio uel suo ul' latino. quatenus metri cōmoditas exposcet.cuius rei author est in.i.geor.&.ij.&.vi.ęne.Virg. Helyadum palmas Epyros equorum.Itē.Est in conspectu Tenedos notissima fama.Tenedos & Epyros.Itē alibi Nerythos more gręco dixit.Androgeo quoq; pro Androgei in.vi. æne.In foribus lœtum androgeo.qui mos ut perhibet Tortelius Atticorum est. Immutantur atq; innouant dictiones.uel forma ut delitesco pro deliteo.horrescis pro horres. Vel diminutione ut meliusculus. Vel comparatione ut senior pro senex.tristior ꝓ tristis. Vir. in i.ęnei.Tristior et lachrymis oculos suffusa nitēt es. Vel deriuatiōe ut frondēs ꝓ frōdosus. Vir.frondea tecta. .i.frōdosa. Vel compone ut formidolosus.paruipotēs

Quę et si in oratione quoq; soluta frequēter occurrūt. tamē a uersidicis licentius occupātur. Transmutari item a poetis dictiones certum est. ut apud. Vir. Maria omnia circum. idest circum omnia maria. Item urbs antiqua fuit Tirij tenuere coloni. Carthago Italiam cōtra idest contra italiam.

De Oratione.

f It insuper nonnūq; ad orationem superuacua dictiōis adiectio. & frequētibus cōiunctiōibus inuenitur compacta. quod polisintheton idest multiplicitatem cōiunctionū gręci dicunt Virg. in. ij. Aene. Athamasq; Thoasq;. Pelidesq; Neoptholemusq; prius q; Machaon. Idem in. v. Aenei. Cededeo dixitq; Vbi perissologia idest supflua locutio cōmittitur. et sequit Et prelia uoce diremit. Item alibi. sic ore locuta est. q̄d per pleonasmon idest accumulationē dici manifestum est. Detrahit similiter aliquid orationi quod eclypsis idest vnius uerbi defectus appellatur. Virg. in. i. ęnei. de Iunone. Hęc secum. me ne ĩcepto desistere uictam? In prima enim oratione deest dixit. in secunda decet. Et Neptūus ad uentos. Quos ego sed prestat &c. deest puniam. Item Vrbs antiqua fuit Tirij tenuere coloni. subaudi. quam. Subtrahunt interdum cōiunctiōes Virg. in. iiij. Ite ferte citi date flāmam. impellite remos

Trāsponitur uero oratio per histeron proteron. cū retrouerso ordine res profertur. Virg. in. i. geor. Area tum primis ingenti ęquanda chilindro. Et uertenda manu. creta & solidanda tenaci. Vertēda enĩ est prius area deinde ęquanda. & tandem solidanda. Transponitur item oratio. cum casibus cōtrouersis res significatur. quod ypallage nominatur. Vir. in. geor. Nōne vides ut tota tremor pertractet equorum Corpora. si tantum notas odor attulit auras? Odor enĩ non auras sed aurę odorem ad aures perferunt.

De Cōmutatiōe vocabulorū per omes parteſoratiōis.

Nimaduertūt pręterea poetę uocabulis abuti. & aliud per omnes fere parteſorōis uocabulū pro alio ponere. In nomine quidē ut Iuuena. Bacchanalia viuūt.ideſt.bacchanaliter.ideſt furioſe et crapuloſe.et Virg.in buc.Armētaq; paſces.Sole recēs orto .ideſt recenter. Idem in.ij.geor. Flos apprima tenax.pro apprime. In his enim omnibus pro aduerbio nomen poſitum eſt. Ponitur etiā propriū pro appellatiuo. Virgi.in.iiij.geor. Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus .i. Darnanius. De Aenea enim loquit̃ qui erat Troianus. Item contra appellatiuū pro proprio. ut apud Galterum Brēnius arcem. ꝓ Brennus.Id nomē, erat duci Senonū Romā ꝑdantiū

Loco etiam generis ſpecies apponit̃. Virg.geor.iij. Denteſq; Sabellicus exacuit ſus. Sabinū enim ſuem ꝓ alio quoq; ſue poſuit.Et idem de equabus amore furētibus.Illas ducit amor trans Gargara tranſq; ſonātem Aſcaniū.Gargara ꝓ quibuſuis montibus.& aſcanium pro quibuſq; fluminibus dictum eſſe Seruius ſcripſit.

Ponitur etiam pro re inuenta inuentor. Vir.in.ęne. Cereremq; caniſtris expediūt.Cererem ꝓ pane dixit. Item equitem pro equo. Vir.in geor.Frena Peletronij laphitę giroſq; dedere.Impoſiti dorſo atq; equitem docuere ſub armis . Inſultare ſolo & greſſus glomerare ſuperbos.equitem ideſt equū. Itē certum ꝓ incerto numerū poni manifeſtum eſt. Virg.in.i.Aene.O terq; quaterq; beati. Eſt inſuper ꝓ numero numerus. ut pars in fruſta ſecant. Et caſus pro caſu. Vir. Curruq; volans dat lora ſecūdo.Curru ꝓ currui. Idem in geor. Nanq; alij uictu inuigilant.pro uictui. In pronomine ut ipſe aſſum.pro ego aſſum.quod ꝑ Euocationem fit.

In uerbo non ſecus fit alteratio. Virg. in.i. Aenei. At ſperate deos memores fandiq; nefandi. Itē in iiij.Hunc ego ſi potui tātum ſperare dolorem. ſperare ꝓ timere

ponitur. Vbi aniaduertēdū est modū loco alterius modi sępe numero inueniri. ut itis paratisq́ primum arma uiri. idest. ite parate. Significationē etiam pro significatione. Vir. proram auertit. idest auertitur. Tempus ꝓ tempore. ut caditq́ supbum. Ilium. cadit pro cecidit. Et omnis humo fumat Neptunia Troia. ꝓ fumauit. Et genus pro genere. Vir. in geor. Longaq́ urgent ad littora fluctus. urgent ꝓ urgentur. In aduerbijs. ut apud Virgi. propter aquam. idest prope. Et secundum aurem idest post uel iuxta aurem. Itē apud Virg. genus unde Latinū. unde. i. a quo. Et apd' Luca. in i. Tu satis ad uires Romana ad carmia dandas. satis idest sufficiens. Et apud Maronem in. x. ænei. Atq́ ea diuersa penitus dum parte geruntur. penitus ꝓ ualde esse positum Seruius refert. In prępositiōībus Virg. in geor. Sub lucem exportant calathis. pro ante merā lucem uel in principio lucis. idest. ex oriente lucis. & alibi. Cui tantum de te licuit? pro in te. Item Martialis libro. ij. epigrāmatū in Acerrā. Hesterno fetere mero qui credit Acerram Fallitur. in lucē semper Acerra bibit. in pro ante. idest prima luce. In Cōiunctionibus Vir. in. ij. Aenei. Subiectisq́ urere flāmis. q́ pro ue. Et apud Terētiū in Eunucho. Vel rex mihi semꝑ gratias magnas agebat. uel pro et. idem in eodem. Si nequeas paulo. at quanti queas. idest saltem. Item Virgi. in. iiij. Aenei. Aut ante ora deum pinguis spaciantur ad aras. aut pro et.

De Elipsi & Sinalipha.

aD metricam quoq́ licentiā spectetur quod m subsequenti uocali abiciatur. ut apud Virgi. passim est uidere. Quare me puduit sępe quorundam grāmaticorum idest eorū qui rudimenta litterarum se tradere & nosse quicquid poeticum usq́ est gloriātur: quales sunt hi quibus per omnem uitam non satis ad

huc intellectus est Alexander. Afferunt certe inanes pceptiūculas uelut domicas leges. qbus uocales ōs atq m. inter se coire uetant. Dicentes hūc quidem antiquitati morem licuisse quōdam. Nunc uero prorsus excidisse. & uicio dari. si quis huiusmodi litteras inter se excursare facti tabit. Atq ab ea re tam prohibent auditores. quam ab scopulis nauclerus nauim auertitur. Nec intelligere possunt hoc litterarum conuentu (nisi nimium creber erit) grauius & confertius metrū comparari. Nam quia hęc ipsa elementa aut colliduntr aut subducuntur metro. inde & pondus & fœcunditas carminis exuberat. ponerē exempla nisi scaturirent apud authores. Sed lucos quosdam inuenies. ubi cōcurrētes uocales integras conseruabis. ut apud Vir. in buc. Te Coridon o Alexi. & alibi. o utinam. Coherēt etiā aliquando uocales duę. ut est in illo Virgiliano. Nec spes libertatis erat nec cura peculij. Item in. vi. Aenei. Munera nec sperno nec uobis rege latio. Diuitis uber agri Troię ue opulentia deerit. Idem in. x. Deest iam terra fugę. In his enim exēplis geminę uocales syllabā vnam faciunt & quidem longam. Dua pterea uocales quę unam syllabam constituūt in duas diuiduntur. ut apud Virg. Vestis pictai. pro pictę. Et apud Oratiū Siluę est trissyllabum ut postea monstrabimus. Et itm apud Virg. Aulai in medio libabant pocula Bacchi. Et apud Martia. in. i. epigrāmatū. Quid tibi uis Dipyron qui phaetonta facis? Ad idem quoq pertinet. quod vocalis breuis producatur. & contra quod longa breuietur. Illud per Sistolen. hoc per Diastolen fit. Cuius exemplum facile inuentu est. Item quod diphthōgus. au. in. o. breuem conuertatur. Virgilius in septio Aenei. Ipse de hinc auro squalentem alboq oricalco. pro auricalco dixit.

Item quod ei. greca diphthongus in i breuem conuertatur. Virgi. Arcturum Pliadesq Hyades, geminosq Triones. pro pleiades pliades dixit. Sunt enī hyades stellę ab yoo greco uocabulo dictę. quod pluo significat. Et dicuntur latino eloquio succulę. quia his exorientibus pluere soleat. Pliades uero uergilię appellāt. quę semp inicio Veris oriuntur. hoc est mēse Martio.

Finit liber secundus. de cuius fine sit omnipotenti gloria.

De Generibus metrorum, liber Tercius.

c Erto scio ad ea quę de carminis constitutiõe scripsimus/multo pluria adiũgi posse. Verũ qm/de conficiẽdis metris/tantũ suscepimus rationẽ. de musis /quas inspiratrices carmĩs sibi poetę accersunt. aut de poesi & figmentis. & quã longe in fingendo abire liceat. nihil inter iũgere uoluimus. Ea enim pręceptio/nihil ad uersuũ conditionem attinet. & altiorem quandã considerationẽ desiderat. Quãobrem his rebus omissis. post pauca (quę uelut materiem metrico artificio p̃parauimus) nunc ad metrorũ formã ostendendã accedamus. Neq̧ tamẽ omẽs quibus oblectati sunt prisci authores subiungemus. Sunt enim permultę quarum non satis ex authoribus castigata exempla tenemus. neq̧ ex uobis illa gignere tentauimus. Ne has pręceptiũculas nostra tantũ authoritate firmare uideremur. Sunt item in quibus propt̃ earum forte dissuetudinẽ nulla harmonia percipitur. quales Terẽcij & Comicorum poetarũ esse audemus dicere. Adeo ea tantũ genera ãnotabimus. quorũ extãt in promptu emẽdatiora exempla. quę & apud Oratiũ Flaccũ & Boeciũ Seuerinum. apud Senecam quoq̧ & Martialem coquũ leguntur. Ex reliquis enĩ. Archiloco dico illo gręco. Cesio quoq̧ Basso. quorũ priorẽ omĩo nescimus. posteriorẽ paulo magis nomĩe cognoscius. neq̧ alios nostra ętate homines Cesium legisse comperimus. Ex his inquam formulas atq̧ exẽpla proferre arrogantię maximę esse putamus. Porro eas species quas cõsulto pręterimus ex centimetro Seruij poterit cognoscere curiosior uersidicus. ¶Sed nunc de instituto nostro disseramus.

De Metrorũ generali appellatione.

m Etra omnia generali appellatiõe quadripartito nomĩe definita sunt. Quę res a desinẽtia metri sumpta est. ¶Primũ Cathalecticũ dicitur idest quod

absentem syllabam desiderat. Secundum Brachicatalecticũ cui duę syllabę uel plenus pes deest. Tertiũ Hipercathalecticum. Cui super perfectum syllabarũ numerum una redundat. Quartum Acathalecticũ. Cui superest aut deest nihil.

De Alia metri appellatione.

a Pedum quoq; numero metra appellari certum est. Nam aut Monometrũ erit quod duobus pedibus constat. ut nubibus atris. Aut Dimetrum in quo pedes fluũt quattuor. ut Amice propugnacula. Aut Trimetrum quod sex pedes habet. ut Nec fonte prolui labra caballino. Aut Tetrametrum quod pedes octo constituũt. ut Soluitur acris hiems grata uice veris & fauonij. Duos autẽ pedes in Iambicis Trochaicis & Anapesticis pro uno computari nõ est ignorandum. In cęteris quidem metris singulos. ut in Penthametris. Hexametris. reliquisq;.

De alio metrorum nomine.

a Lia quoq; speciali ratione metra nomen sortita sunt. Sunt enim quibus locus ubi cani ceperũt appellationem dedit. Quędam ab ipsis dijs quorꝝ laudes huiusmodi carminibus canebantur dici meruerũt. Alia uero a rebus quas continerent. Quędam ab inuẽtoribus suis (quos totidem ęsse quot musas constat) vocitata sunt. Qui inuẽtores ꝓpterea lyrici appellant: quod sua carmina lyricis modulationibus aptarent. Itaq; ab Alchinane alchinaniũ. Ab Ibico ibicium. Ab Anacreonte Anacreontiũ. Ab Aristophone Aristophaniũ. A Pindaro Pindaricum. A Bacchilide Bacchilidium. A Sappho eruditissima muliere Sapphicum.

De Attributis metri.

s Ed notandum est. ipsa metra concidi locis quibusdam. idq; cesuram esse grãmatici uolunt. quę est certa syllabaꝝ definitio. ubi harmonice sistere ꝓnũciator debeat. Hęc in species quattuor distributa

est. Prima Penthimemeris dicitur. que ex quinq dimidiis habet. ut conticuere omnes. & Vrbs antiq fuit. Secūda Heptimemeris. que ex semiseptenario fit. hoc est cum post tres pedes manet syllaba. ut Na nq tibi reduces socios. Tercia Trochaica. cū in tercio pede Trocheus orationē cludit. ut Quid Troes potuere. Quarta est Buccolica. que fit ut Seruio placet. cū pars orationis in quarto pede Dactilo terminatur. ut Nos patrie fines & dulcia.

De Metrorū generibus in speciali.

d E metrorū quidem generibus que apud nr̄os authores legisse me memini. nunc paucissimis agā. Quorū priceps est Heroicū Hexametrū Dactilicū. dictum olim Pithiū ab Apolline pithio. Cuius oracula hoc metro ferri consueuerūt. Idipsum pedibus sex constituitur. aptum profecto Heroum laudibus describendis Quibus multi quidem latini. sed preter ceteros ornatius Ennius. Virgilius. Naso. Oratius. Propertius. Tibullus. Statius tholozas. Iuuēalis. Silius Italic. & hi ex gētibus omes. Ex nostris uero. Arator. Prosp. Sedulius. Prudētius. Sidonius. Fortunatus. Arcitenius. et Franciscus petrarcha scripsere. quos ideo nomio. ut his magis quam Galtero. Alano. Vindocinēsi. Theodolo. Faceto. Floreto (parū tersis authoribus) adolescentes post hac imbuātur. Multum est enim a teneris assuescere melioribus & udo adhuc pectori purgatiores escas inferre. qbus exauctū tādē & uegetatū ingeniū elegātiā spiret et uenustatē. Suscipit aūt hic ūsus Heroicus omi pene loco Dactilum & Spondeū. tercio tantū loco Tribrachū uel Iambum. quod non esse nisi figurate Perottus ait. Verū hūc Virgilij in buc. uersū satis cōstare puto. Omia uincit amor. & nos cedamus amori. In quo mor et Iambū facit. Vltimū locū Spondeus occupat & Trocheus. Inuenitur tamen Proceleumaticus primo & quinto loco poni. Primo quidem ut apud Virgilium in georgicis. Tenuis ubi Archilla.

quinto ut apud eundem. Labat ariete crebro. & item Titire pascentes a flumie reice capellas. Spondeo quoq; nonnunq; quintus locus est, a quo Spondaicus uersus appellatur. ut apud Ouidiu de trasformatis in primo. Eurus ad aurora Nabatheaq; regna recessit. Persida q;. & radijs iuga subdita matutinis. Et apud Propertiu ad Iouem pro amica egrotate. Sunt apud infernos tot milia formosaru. Pulchra sit i superis scilicet una locis.

Est quoq; inuenire apud Vir. in quinto loco Iambu. in principio secundi geor. Huc pater o Lenee tuis hęc omnia plena. Muneribus. tibi pampineo grauidus autumno. Floret ager. Nisi enim dus au. Iambum efficiat. aut dus figurate positum sit & Spondeum reddat. non satis intelligo. Primu etiam locum interdum tenet Anapestus Vir. in. i. geor. ad fi. Fluuiorum rex Eridanus. Legitur quoq; Dactilus in. vi. loco. Virgilius. ij. geor. Inseritur uero ex fœtu nucis arbutus horridaq;. Et steriles platani malos gessere ualentes. Et dicitur uersus Ibicius hypermeter. qui no fit nisi sequens uersus a uocali incipiat. ubi per Sinaliphen. uel ut ait Perottus per Simphonesin postrema syllaba prioris uersus cu prima subsequentis incidit. Vt apud Iuue. in satira. Credo pudiciciam. Magnaq; debetur uiolata pena caduceo. deinde subditur. Et mouisse caput. & apud Virg. in. x. Sternitur infœlix alieno vulnere. cælumq; aspicit. & dulces moriens reminiscitur Argos. Sed pter omnes is uersus optimus putatur. qui Dactilis omnibus incedit. At intermiscentur in uices uarij pedes. ex quibus diuersas metrorum species quidam distinguunt. Qua rem quia parum nobis utilitatis uisa est afferre. relinquimus. satis esse rati. pedu ipsorum naturas distinxisse. quoru vel celeritate uel mora carmen teperari possit. Nam ut supradiximus ex Dactilis celeritas. ex Spondeis mora & quędam lentitas non inepte significatur. Quamobrem ex his mixtis alternisq; positis diuersam

carmen habebit sonoritatem. Non est tamen ęstimādum uersum hunc quem Dactilicum Heroicum appellamus absolutam in se orationem semper amplecti & vnico ambitu sententiam terminare. quemadmodum fere est semper apud Alexādrum Nenstriū. quin uno & dimidio uersu aliquando. duobus interdū pluribus ue consumat oratio. ut apud Virg. in. i. Vrbs antiqua fuit Tirij tenuere coloni. Cartago. Et apud eundē in. iij. Postquam res Asię. Priamicꝫ euertere gentem Immeritā superis uisum. ceciditcꝫ superbum Ilium. & omnis fumat Neptunia Troia. Diuersa exilia & diuersas querere terras Augurijs agimur diuum. Et in primo Stacij Theb. Fraternas acies. alternacꝫ regna profanis Decertata odijs. fontescꝫ euoluere Thebas. Pyerius menti calor incidit.

De Elegiaco carmine.

h Vic generi Elegiacū proximū est. quod nunquā sine Heroico positum esse legimus. Hoc quidē nomē sortitū. quia sit lamētationibus & lugubri orationi conueniens. Nam & epitaphia & quę cūcꝫ flebilia sunt hoc solēt carmīe describi. Quancꝫ Ouidius Naso grauissimas materias hoc uersu tractauit. quod tamen hisipsis nō satis aptum esse. libro fastorū ipse testatus est. Quid uolui demens elegis imponere tantum. Ponderis? Heroici res erat ista pedis. Est enim huiusmodi carmen Penthametrū idest quincꝫ pedibus inambulās Quorū antepostremus cum in altum subitę eiulatiōis instar euehatur. ultimus ruit quodammodo pręceps. ille eni semꝑ est Anapestus. Nā nihil interest qbuscū cꝫ numeris scribas longa ne. an breuis ultima syllaba sit. Priores tres in hoc metro pedes esse possunt. Dactilus Spondeus & Iambus. Sed Iambo semper est tertius locus. Cuius uice interdū sed raro Tribracchus apud recentiores authores collocatur. Quod autem Iambus hoc in uersu locū uēdicet. ex Ouidio de reme

dio constat. hoc metro. In liquidū rediit equora Martis equis. Vult tamē Cremonensis duplicem in Penthametro esse Pēthimemerim ad hunc modum. Bella mi. hi uide. o. bella pa. rantur a. it. Ita ut illud o prime Penthimemeris et it ultime. pedem unum simul faciāt. Quod quam recte dixerit. uiderint & Cremonensis & Perottus. Res multo mihi facilima uidetur dicere, quinqꝫ per ordinem succedentibus pedibus constare Pēthametrū. in quo pes tercius esse possit uel Iambus uel Spondeus. Nec peonem terciū puto uersui huic quadrare. ut Cremonensi uisum est. carmen Ouidianū in testem citanti. Frigidior glacie. semianimisqꝫ fui. In quo quartus pes. uel coeūtibus uocalibus uł elisa una. est Anapestus. Primo autē loco Dactilum. Secūdo Spondeū fere semper in Penthametro positū inueni.

De Lyricis uersibus.

SVnt alia Dactilici carmīs inuenta. Id est in quibus frequētior ponit̃ Dactilus. Que sibi uelut accomodatiora lyrici comparauerunt. Quorū exēpla quia apud latinos authores in promptu sunt de his dicemus. Est enim quoddam Dactilicū Penthametrū Saphicū. cuius pedes sunt. Trocheus. Spondeus. Dactilus. & Trochei duo. Quo genere diui Ioannis Baptiste laus. Vt queant laxis. Et item sanctissimorum confessorum Iste cōfessor. est compositus. In cuius secūdo uersu hoc die. non hodie dicere debemus. quoniam secundum pedem Trocheū esse oportet. Vt apud Orat. sunt ode complures. Iam satis terris niuis atqꝫ dire. Mercuri facunde nepos Athlantis & reliqua usqꝫ ad numerum sex & uiginti. Et apud Boecium. Nouimus quantas dederit ruinas. Debet enim sic scandi. Noui. mus quan. tas dede. rit ru. inas.

Dactilicum Adonium Dimetrum Acathalecticum constans Dactilo & Spondeo uel Trocheo. ut Sancte Ioannes. Et apud Oratiū. Terruit urbem. Huius car-

minis mensura hęc est. Sancte Io. annes.

Dactilicum Faleutium seu Archilochium. Cesura bucolica & tribus Trocheis constans. ad hūc modum Oratius. Soluitur acris hiems grata uice ueris & fauonij. Et apud Boetiū. Quam uarijs terras animalia permeāt figuris. quod hoc modo scandes. Soluitur. acris hi. ems gra. ta uice. ueris. & fa. uonij.

Dactilcum Archilochicū seu Colophoniū Acathalecticum ex Pēthimemeri Iambica & tribus Trocheis apud Oratium. Trahuntq siccas machinę carinas. Idem quoq fit ex puris Dactilis ut apud Boet. Luminibusq prior redijt uigor. Quod genus Alcinanium Perottus appellauit. Illud sic metieris. Trahunt. q sic. cas. Et in hac syllaba finit Pēthimemeris Iambica. Deinde sequuntur Trochei tres. hoc modo. Machi. ne ca. rinas. Inter quos tamē Spondeus locum habet. Postremū sic. Lumini. busq pri. or redi. it uigor.

Dactilicum Archilochiū Dimetrū Hipercathalecticū. hoc est cui insunt Dactili duo & syllaba una. Orati. Arboribusq comę. Recipit tamen Tribrachū ultio loco Oratius. Quę dederis animo. Sic enim mensurabis. Quę dede. ris ani. mo. quę syllaba superest.

Dactilicū Archilochiū Tetrametrum Cathalecticū duobus primis pedibus Dactilum uel Spōdeū recipiens. Tercio Dactilū & quarto Spondeum Seuerinus Boetius. Si uis celsi iura tonantis. ad hunc modū scandes. Si uis. celsi. iura to. nantis.

Dactilicū Gliconiū. Cuius primus pes est Spōdeus reliqui Dactili duo. Orat. Miles de duce gesserat. Nisi ex duobus Dactilis Choriambū & Pyrrhichiū feceris. hoc modo. Miles. te duce ges. ferat. Sed cōmunis eius mensura fit hoc modo. Miles. te duce. gesserat.

Dactilicū Alchinaniū Faliscū Tetrametrū Acathalect. in quo priores pedes Dactilos. uel Spōdeos tres cum Dactilo uel Spōdeo ultīo inuenies. Orati. Aut Ephesū bimaris ue Corinthi.

Id scandes sic. Aut Ephe. sum bima. risueco. rinthi.
Dactilicum Alchinaniũ Tetrametrum Hypercathalecticũ. constans Penthimemeri Dactilica. Eius pedes sunt Spōdeus uel Trocheus. deīde Dactilus. post quē supest syllaba. inde Dactilus. ultīo loco est Trocheus uel Spondeus. Boetius. Heu quā pręcipiti mersa profundo. Ad hunc modum scandes. Heu quā. precipi. ti. mersa pro. fundo.
Dactilicũ Alchinaniũ Trimetrũ Hypercathalecticũ quod Dactili duo & Spondeus cum una syllaba constituũt. Boetius. Omne hominũ genus in terris. Cuius scansio est huiusmodi. Omnomi. num genus. inter. ris.
Dactilicũ Alchaicum Laogedicũ Tetrametrum Cathalecticũ habens Penthimemerim Iambicā & Dactilos duos. Oratius. Vides ut alta stet niue candidũ. Sic scandes. Vides. utal. ta. stetniue. candidum.
Dactilicum Faleutium Penthametrum Eudocilicũ ex Spondeo Dactiloq; & tribus Trocheis cōstans. Boetius. Quisquis composito serenus ęuo. Sic pones in numeros. Quisquis. composi. tose. renus. ęuo.
Dactilicum Ferecratiũ Acathalecticũ ex Spondeo Dactilo & Trocheo constitutum. Oratius grato Pyrha sub antro. Boetius. Pontus uersat arenas. Id est huiusmodi. Pontus. uersata. renas.
Dactilicum Ithiphaliscũ Tetrametrum Acathalecticũ in quo fluũt dactili tres & pyrhichius uel Iambus. Boetius. Qui serere ingenuũ uolet agrũ. Et mēsurat ad hũc modũ. Qui sere. ringenu. um uolet. agrum.

De Iambicis uersibus.

IAmbicus nersus is optius est. qui solis Iambis incedit. Recipit tamen sępe (ut in nostris authoribus uideri licet) cum Iambo Spōdeum & Pyrhichiũ. Apud ueteres Comicos & Tragedos Dactilum Anapestum & Choriũ suscipiebat. sed hic iamdiu exoleuit

Nam subiectis tantum Iambicis generibus. usos fuisse legimus quos habemus authores.

Est enim quoddam Iambicum Dimetrum Faleuticũ siue Archilochiũ Hipercathalecticũ. cuius primus pes Spondeus est. uel Iambus. secundus Iambus. tertius Spondeus uel Iambus. postremus Iambus uel Pyrrhichius cum syllaba. hoc modo apud Oratiũ. Siluę labo rãtes geluq;. hoc enĩ more scandit. Siluę. labo. rantes. gelu. q;. hoc enim q; redundat.

Iambicum Hiponactium Trimetrũ Cathalecticum Endecasyllabum. quod senarium Iambicum Colophõ Brachicathalecticũ appellat Priscianus de duodecim metris Virgilij. Constat autẽ Iambis quinq; & syllaba. quę simul undecim faciunt syllabas. tercium tamen & quintũ locum uendicat interdum Spondeus. Oratius. Mea renidet in domo lacunar. q̃d sic in pedes statues. Mea. reni. detin. domo. lacu. nar.

Iambicum Hiponactiũ Trimetrum Cathalecticum. sex Iambis fluens. sed imparibus locis recipit Spõdeũ. Impares autem locos dicimus primũ terciũ & quintũ. Oratius. Ibis liburnis inter alta nauiũ. Sic enim pedes numerabis. Ibis. libur. nis in. ter al. tana. uium.

Iambicum Dimetrũ Archilochiũ Acathalecticum quod Iambis quattor constat. Spondeũ tamẽ admittit locis imparibus. Oratius. Amice propugnacula. scanditur hoc modo. Ami. ce pro. pugna. cula. Ad quem modum constant hymni. Primo dierum omniũ. Veni creator. Iam lucis orto sidere. Aeterne rerũ conditor. Conditor alme siderũ. A solis ortus. & Hostis Herodes impie.

Iambicum Dimetrum Archilochiũ Cathalecticum. cõstãs Amphibracho & duobus Iambis siue Spõdeo. Oratius. Non ebur neq; aureum. Quem uersum sic in pedes locabis. Non ebur. nequau. reum.

Iambicum Anacreontium Dimetrum Cathalecticũ

in quo sunt Spōdeus uel Iambus. tercius Iambus. deinde superest syllaba. Boe. Quisquis uolet perennem. id scande sic. Quisquis. uolet. peren. nem.

Iambicum Archilochiū Trimetrum Cathalecticum imparibus locis Spōdeum atq; interdum Anapestum in fine Pyrrichium uel Spondeum recipiens. Boetius. Quicūq; sola mēte pręcipiti petit. Oratius. Suis et ipsa Roma uiribus ruit. Sic in pedes statuitur. Suis. etip. sa ro. ma ui. ribus. ruit.

Iambicum Anacreontium Dimetrū Cathalecticum quod Anapesto & duobus Iambis pergit & syllaba. Boetius. Habet hoc uolup tas omīs. Eius metri hęc est mensura. Habet hoc. uolup. tas om. nis.

Iambicum Archilochiū Dimetrū Acathalecticum. constans. Spondeo Iambo. Spondeo itē & Pyrrhichio Orat. Abducit ignorātia. scāde. Abdu. citi. gnorā. tia.

Iambicum Sapphicum Acathalecticū. ex Penthimemeri Heroica & Iambis quattuor constitutū. Oratius. Scribere uersiculos amore perculsum graui. scande. Scribere. uersicu. los. Hic enim finit Penthimemeris. deīde sequūtur Iambi. amo. reper. culsūm. graui. Sed attende quoniā Spondeū recipit Iambi loco.

Iambicum Dimetrum Archilochiū Cathalecticum. duobus Iambis & Penthime. Heroica. duobus deinde Dactilis constans & syllaba superante. Orati. Niuesq; ducunt Iouem nunc mare nūc siluę. quod hoc exēplo scandes. Niues. q;du. cuntio. uem. nūc mare. nūcsilu. ę. Vbi diligētius uide. ultimū Dactilū. nūc silu. apprime licenter esse positū. Nam siluę trissyllabū fecit Oratius quod Priscianus & post eū Tortelius affirmant.

De Anapesticis.

a Napesticorū duo tantum genera apud nostros authores inuenimus. Primū est Anapesticū Pindaricum Dimetrū Acathalecticū. cōstans Spōdeo

Anapesto Dactilo & Spondeo siue Trocheo. Recipit tamen nonũq̃ Proceleumaticum. Boetius. O stelliferi conditor orbis. Scande. O stel. liferi. conditor. orbis.

Alterũ est Anapesticũ Partheniacum Dimetrũ Cathalecticum. In quo primus pes est Spondeus. deinde Anapesti duo. atq̃ superest syllaba. Boetius. Fœlix nimium prior ętas. Scande. Fœlix. nimium. prior ę. tas.

Coriambici.

C Oriambici carminis quinq̃ genera authores nostri suis exemplis notauere. Primũ est Coriambicũ Asclepiadeũ Tetrametrũ Spõdeo. duobus Coriambis & Pyrrhichio constans. Seneca in Hercule furẽte. O fortuna uiris inuida fortibus. Et apud Orat. Mœcenas attauis ędite regibus. Item exegi monumẽtũ ęre perennius. Item. donarẽ patrias &c̃. Et in sacris. Sanctorũ meritis inclita gaudia. diui Ambrosij opus. In q̃ Peon quartus reperit̃. Scande. Sancto. rũmeritis. inclitagau. dia. Quo numero is qui de sacramentali corpore hunc hymnũ (Sacris solennijs iuncta sint gaudia) scripsit. se cecinisse putauit.

Secundũ Coriambicũ Gliconium Trimetrũ. quod vnũ tantum Coriambum admittit. Oratius. Si te diua potens Cypri. Sed loco Coriambi recipit Mollossum. Seneca in layo. Tẽperẽ zephiro leni Vela. ne pressę. graui. Scãde. Tẽpe. remzephiro. leni. uela. nepresse. graui. Ne pressę enĩ molossus. qui ex tribus longis fit.

Tercium Coriambicum Monometrũ Aristophaniũ Coriambo & Bacchio cõstans. Oratius. Lydia dic per om̃es. Scande. Lydiadic. peromnes.

Quartũ Coriambicum Penthametrm Alchaicum Spõdeo uno. Coriãbis tribus & ultimo Pyrrhichio cõstãs. Orat. Tu ne quęsieris scire nefas quẽ mihi quẽ tibi. Idem nullã Vare sacra uite prius seueris arborẽ.

ſcande.Nullã.Vareſacra. uiteprius. ſeueris ar. borẽ.
Quintum Coriambicum Sapphicũ cõſtans Trocheo Spondeo.duobus Coriambis & Bacchio. Oratius.Te deos oro Sybarim cur properas amãdo.Scãde.Te de. oſo.roſybarim.cur properas.amando.

De Ionicis a minore.

v No tantum genere Ionicorum a minore latini authores quos legimus uſi ſunt. Id appellaẽ Ionicum Sapphicũ a minori Trimetrũ Acathalecticũ. hoc eſt tribus Ionicis a minori conſtans. Orat. Miſerarum eſt nec amori dare ludum. Hoc modo ſcanditur. Miſerareſt. necamori.dareludum.

De Trochaicis.

t Rochaicum genus eſt in noſtris authoribus bipertitum. Vnum Alchimanium Dimetrũ Acathalecticum. Boetius. Quos uides ſedere celſo. in quo.locis imparibus Trocheum Tribrachũ & Dactilũ inuenies.paribus Trocheũ & Anapeſtũ.Scande. Quosui.deſſe.dere. celſo.

Alterum eſt Trochaicũ Ferecraciũ. Boetius. Solij culmie reges.Anapeſto.Dactilo & Trocheo uel Spõdeo conſtans ad hunc modũ.Solij.culmine.reges.

De Intermixtis generibus.

e St prҿterea non ignorandum. Metra inter ſe permixta eſſe nõnũquã. & inde nomia ſortiri. Quod enim uniforme eſt & purũ.Monocolos appellatur.Quale eſt Buccolicũ & reliqua opera Virgilij. Ex duobus generibus mixtũ. Dicolos Diſtrophos uocatur.ideſt. cum poſt duos diſſimiles uerſus. ad primũ fit conuerſio. Quale eſt illud Oratij.Mater ſeua libidinum.& Epiſtolҿ omnes Naſonis.

Dicolon Tetraſtrophon dicemus. ſi poſt tres eiuſdem generis uerſus.& quarũ alterius modi.ad primũ

accedemus. ut est illud Oratianum. Mercuri facunde nepos Athlantis. Et illud eiusdē. Integer ꝗui scelerisq̄ purus. Si uero post uersus tres diuersi generis ad primum conuertemur. Tricolos Tetrastrophos erit. Quo genere est illa Oratij oda. Dianam tenerę dicite virgines. Item alię complures quas attentus lector facile peruidebit.

h Is suprapositis uersuū generibus nisi sunt latini cōmuniores authores. in quibus perdiscendis si quis studebit illos immitari. inueniet insup̄ quasdam formas cōmiscendi inuicem pedes. aut in unū eundēq̄ versum singulas orationis partes cōgerendi. Seu medium finemq̄ simili desinentia cōcludendi. qui modus Leoninus appellatur. Sed eam uarietatem seorsum distinguere ideo uoluimus. quod res ipsa tum oculis tū auribus & uideri & audiri facilime potest. Contēptui certe nobis fuerunt nescio qui uersus. quos stertētes ad focum quidam ineptissime finxerunt Caudatos Cathenatos Crucesignatos & quos non sine cachinno scribimus. tumbellarios. titubantes. secretarios. saltatellos & alterutratos. dignissimam suis laudatoribus turbam. De quibus omnibus (sunt enim permulti alij) duos tantū tumbellarios & crucesignatos ad exemplū vitādę ineptitudinis causa referemus. Tumbellarios dicūt huiuscę formę numeros. Anglia Flādria florida Frācia. nescia fraudis. Possidet hęc tria prēmia. predia. prelia laudis. Crucesignatos appellant hos uersus. Virgo parens Christi cōsistens inuiolata. Tu mihi pergrata summa bonitate dedisti. Si erunt forte (ut scimus plerosq̄) quibus ista placebunt. ijs illa ipsa exēpla dicta existimēt. uobis anilia putātur. Nemo igit̄ nobis insultet. si rem per parum utilem. insulsam. ridiculam. perceptu facilimam cōsulto non scripsimus. Nam persuasum tenemus multum scholasticis obesse. dū artem

aliquam minutissimis pręceptiũculis dispertitã legũt)
Primum quod litteris ipsi confidentes, inueniendis re-
bus animum negligẽtius intendunt. Deinde lectionis
multiplicitate uexati, minime ualent memoria. Quas
res ut maxime uitaremus, studuimus esse breuissim.

Finis totius. Honor immensus tribus
& uno. Genitricicꝫ uerbi. Imprimi
curauit Phorce in ædibus
Thomę Anselmi. Vdal.
Carinthus. Mense
Maio. M. D.
.V.



aliquam minutissimis preceptiũculis dispertitã legũt.
Primum quod litteris ipsi confidentes, inueniendis rebus animum neglig ẽtius intendunt. Deinde lectionis multiplicitate uexati, minime ualent memoria. Quas res ut maxime uitaremus, studuimus esse breuissim.

Finis totius. Honor immensus tribus
& uno. Genitricicq; uerbi. Imprimi
curauit Phorce in ædibus
Thomę Anselmi. Vdal.
Carinthus. Mense
Maio. M. D.
.V.



